


THESAVRVS
ARTIFICIOSAE MEMORIAE,

Concionatoribus, Philosophis, Medicis, Iuristis, Oratoribus, Procuratoribus, cæterisq; bonarum litterarum amatoribus:

Negociatoribus insuper, alijsq; similibus, tenacem, ac firmam rerum MEMORIAM cupientibus, perutilis.

Ac omnes sui amatores, & possessores valde locupletans, insimulq; decorans,

Cum rerum cęlestium atq; terrestrium tenax, ac tutum scrinium esse possit.

AVTHORE R. P. F. COSMA ROSSELLIO
Florentino, Sacri Ord. Prædic. minimo Professore.

Cum Indicibus locupletissimis, tum Capitum, tum rerum omnium insigniorum.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M D LXXIX.
Apud Antonium Paduanium, Bibliopolam Florentinum.

THESAVRVS ARTIFICIOSAE MEMORIAE.

Concionatoribus, Philosophis, Medicis, Iuristis, Oratoribus, Procuratoribus, caeterisq; bonarum litterarum amatoribus:

Negociatoribus insuper, alijsq; similibus, tenacem, ac firmam rerum MEMORIAM cupientibus, perutilis.

Ut omnes sui amatores, & possessores valde locupletat, infinitisq; decorat.

Cum rerum cœlestium atq; terrestrium tenax, ac tutum scrinium esse possit.

AVTHORE R. P. F. COSMA ROSSELIO

Florentino, Sacri Ord. Praedic. minimo Professore.

Cum Indicibus locupletissimis, tum Capitum, tum rerum omnium insigniorum.


CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M D LXXIX.

Apud Antonium Paduanium, Bibliopolam Florentinum.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO CARDINALI IVSTINIANO.

F. DAMIANVS ROSSELLIVS Ordinis Prædicatorum, ſalutem & felicitatem.





MNIA iam in promptu erant, Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine, quæ circa artificioſæ memoriæ opus Frater Coſmas Roſſellius, germanus meus chariſſimus, non paruo tempore, ac ſtudio excogitarat. At vero improba mors, quę

inceptis vt plurimum inuidere ſolet,(cum no ſtrorum operum iam protenſam telam gladio ſuo ſæuiſſimo ſæpe numero ſuccindere noſcitur) huic etiam operi, à multis eruditiſſimis viris concupito, ac non paucis paruisq; laboribus ipſius autoris,confecto, clare inuidit. Nam,& ſi operis profectionem minime abſtulit,cum ipſi extrema iam manus im poſita fuerit;candore tamen,& luce, & gloria totum illud pro viribus priuare eſt auſa. Quod vtiq; obtinuit, cum in lucem ſub tuis glorioſiſſimis, clariſſimisq; auſpicijs edi ſua ſæuitia omnino negauit. Iccirco meum erat, Illuſtriſſime,ac Reuerendiſſime Domine,fratris mei labores vna cum corpore pene mortuos impreſſioni tradere, vt ad vitam à non paucis optatam euocarentur. Quod optime accidit, cum ſub alarum tuarum protectione poſiti exiſtant, ſicuti in epiſtola, ampliſſimo Dominationis tuę nomini, vnà cum opere dicata, iā apertè videre licet. Qua in re, humilibus ac ardentiſſimis precibus,immenſam humanitatem, atq; tuam benignitatem ex intimis deprecor, ne fratris mei defuncti

tam par-

tam paruum ac minimum, magnitudini tuæ, donum deſpiciat: ſed ſimulque cum illo magnam voluntatem, latumque cor meum benignitatis ſuæ oculo inſpicere dignetur; ac me ipſum denique in ſeruorum ſuorum numero, licet indignum & inutilem, habeat. Quod fauori gloriæque gratiſſime aſcribam. Florentiæ ex Sancti Marci cęnobio, Pridie idus Aprilis. M. D. LXXVIII.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
DOMINO,
DOMINO CARDINALI
IVSTINIANO,

Ex Ordine Prædicatorum assumpto, F. Cosmas Rossellius Florentinus; ordinis eiusdem assecla, salutem plurimam dicit:

Fœlicitatemque tum temporalem in totius Christianę Reipublicæ bonum, tum spiritalem atq; perpetuam vehementer exoptat.



ITIVM, immo & flagitium uniuersis hominibus infensissimum, & humanæ politiæ ac consuetudini admodum obnoxium, ac ipsi insuper Deo valde contrarium, et abominabile, Illustriss. ac Reuerēdiss. D. beneficiorum existit obliuio, & ingrat.tudo, quæ etiam pietatis fontem

exic-

exiccare perhibetur, cũ vniuersos homines eius redundantiæ & diffusionis abundantia reddat indignos. At cui nostrum (ni forte fabuloso lethe biberit) subrepere potest obliuio eorum, quæ nobis, nostroque ordini, vel olim, vel nunc temporis indulta sunt, et cõtinuo indulgentur à D.T. Illustriss. ac Reuerendiss. beneficiorum? Quis nesciat, vel quis obliuionis somno ita inueniatur arreptus atq; percussus, & eius densissimis tenebris sic obsitus, & obuolutus, qui non apprime recordetur humanitatis bonitatis benignitatisq́; Illustriss. ac Reuerendiss. D. T. dum quondã Dominicanam rempublicã suaui affabiliue modo (cunctis profectò gratissimo ac saluberrimo) gubernaret, ac moderaretur? Has fermè ingenij, & animæ vires atq; virtutes tunc maximopere ostendit, cum nostram hanc Romanam prouinciam, ac ordinem penè vniuersum, eiusdemue patres, ac fratres, visitantis perfungens officio, hinc & inde pertransiens, inuiseret humanitus, dulciter alloqueretur, fructuosè consolaretur, Zelo Dei feruidus constanter hortaretur, foueret bonum, faueret studiosis, vetusta restauraret: restaurata confirmaret: sapienter ordinaret, quæ oportuit: prudenter, quæ dirigi debuerant, inuestigaret. Ea propter

pter

pter, vt puto, vniuersi nostri ordinis professores, tuæ Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ Dominationi debitas persoluere grates, vel extera voce, vel saltem intima admoniti recognitione, se fatentur obstrictos. Non nullis tamen, aliquam nactis occasionẽ (quamdiu impense desiderio præstolabantur) concessum est, quibusdam etiam beneuolentiæ signis, beneficiorum memoriam, & exinde animi amòrem, veluti silice ignem absconsum, foris excutere, et cordis intimæ affectionis scintillas emittere. Quibus profectò signis, & si non quantum voluerint, quantum saltem valuerint, obliuionis noxam, extero etiam se calcasse pede demonstrant. Inter hos forsan numerari dignus extiterim, si quod cogitaui, fouere, ac benigno digneris amplecti fauore. Igitur ego, minimus sanè inter nostri ordinis professores, beneficiorum in vniuersali ac in particulari (cum opus fuit) nobis exhibitorum particeps, ac minime immemor, præsens opusculum, breue munusculum: summæ tamen beneuolẽtiæ signum, amoris indicium, deuotionisq; meæ, qualecumque monimentum, offerre gestio, ac re ipsa nunc gestiens offero, atq; sub tuo nomine dedico. Quod beneuolentiæ signum (non inani ratione deductus) spero, at-

que

que confido, ac insuper vehementer desidero, Domi nationi tuæ gratum, tua fore benignitate: Quod & abs te satis efflagito, cum sat mihi futurum existimem, si vel verbo audierim, vel saltem signo percipiam gratum quid tibi fecisse. Nam, & si debita exili hoc munusculo haud me persoluisse non ignorem, attamen pro debitis iuste persoluendis, ac gratiarum actione reddenda: Dominationē tuam alacriter suscepisse gratulari potero, & iterum gaudens ingentes tibi reddere gratias. Conuenientissime ergo, ob rationes adductas superius, tractatus iste præsens de artificiosa memoria Tuæ Illustrissimæ, ac Reueredissimæ D. olim patri, nunc domino, beneficentiæ, ac munificentiæ haud immemori: à tuo olim subdito, atque religionis gratia, ausim dicere, filio: nunc autem ob Apostolicæ dignitatis eminentiam (qua fulges) etiam seruo, dicari debuerat. Cui nam, quæso, poteram, aut debueram artificiosæ memoriæ tractatum dicasse melius, quā tibi, qui naturali, fœlicique (vt omnes pernouimus) memoria pollens, & fulgens omni in statu officio gradu dignitateq; constitutus, omnium nostri ordinis professorum immemor nequaquam nec olim extiteris, nec impræsentiarum existis? Non

mo igitur, vt reminiscaris, vel tua augeatur memoria, ad te tractatulus iste noster directus est: cũ quem Pius V. Fœlicissimæ memoriæ pie cogitando euexit: quem singularis dignitas digne auxit: quẽ gradus iuste extulit, quem merito mundus honorat, nunquam obliuio (quæ crebro magnatum subrepit mentes, & obliuionem incutit illis) a nobis abstulerit, vel longè constituerit: nec immemorẽ vlla dignitas fecerit, nec tuam benignitatem minuerit, vel affabilitatem prohibuerit: sed ideo ad te opusculũ istud dereximus: vt hæc artificiosa memoria tibi fœlicis memoriæ Illustriß. ac Reuerendißimo dicata domino æterna quidẽ digno memoria, ac identidem omnium nostrum haud immemori decoretur, illustretur, perficiatur. Accipiat ergo atque suscipiat D. tua Illustrißime ac Reuerendißime domine, hoc exile munusculum, nec illud dumtaxat, verum, & beneuolum animum, ac intimæ meæ affectionis signa pernoscat, & amet. Vale Illustrißime, ac Reuerendißime mi Domine.

Illustriss. & Reuerendiss. Dom. tuæ seruus

F. Cosma Ord. Præd.

FRATER NICOLAVS ALEXIVS PERVSINVS Ordinis Prædicatorum:

Sacræ Theologiæ Professor, ac Sanctissimæ Inquisitionis Commissarius,

Cosmo Rossellio P. Reuerendo. S. D.



D metam vsq; discutiendo perduxi P. V. quod reliquum erat lucubrationum tuarum. Equidem illas omnes agnosco, & probo: & nihil in his esse arbitror, quod non cum fide Catholica recte consentiat; Quin non Cleantis lucernã oleat, & demorsum (quod aiunt) sapiat unguem. Dignum itaq; opus existimo, quod publicæ commoditati propediem edatur. Multa sunt, quæ hic admirer, & quæ mihi chariorem eo reddant. Primum amœnitas ingenij tui, quæ non mediocriter hic clarescit: Deinde eruditionis vbertas, cum liber iste tuus variæ te lectionis esse hominem plane testetur: Quippe cum te Philosophiæ recessus, Theologiæ adyta, Astrologiæ arcana, Poetarum carmina, Oratorum Diatribem, non à limine salutasse: sed penitus, funditusq; peruasisse, verum multitudo præseferat. Trahit me adhuc in

admirationem maiorem, sermo concinnus, & lepidus, qui vel Ciceronis facundiam, & phrasin æmuletur. Quamobrem, etiam si te nunquam de facie nouissem, mihi es iam isto nomine longe amicissimus: nam, & si quando de te sermo incidat, te ipsum commendare non desisto. Arrident ergo mihi, quæ scripsisti omnia, & meo illa probo cuncta calculo; hortorq́; ut quam primum illa in lucem ædas. Vale. Datum Perusiæ. 11. Kalendas Iunias. 1575.

Carmen ad Lectores in operis encomium: eiusdem Magist. Nic. Alexij Com. S. Inquisitionis.



Vid prodest studijs, si nocte dieq; vacando
Protinus ex animo quæ didicistis eunt?
Nāq; ea dūtaxat, memori q̄ mente tenemus,
Scimus; at oblitis tempus inane fuit.
Hunc igitur, studiosa cohors versate libellum:
Gestate hunc vestro nocte dieq; sinu:
Quem Roseus Cosmas vobis nunc ædit; ibidem
Mnemosinen mira prouidus arte iuuat;
Et loca perquirit, totum quoq; spectra per orbem
Fasce breui: Mundi Machina vasta patet.
Dumq; homines Cosmas, rerum docet esse tenaces:
Ante oculos illis cuncta creata locat.
Hinc memores fieri, doctiq; probiq; valemus,
Tanta viri virtus: tanta Camæna fuit.
Iure igitur Cosmas vocitatur, Cosmicus hæros
Iure Rosæ, huic Roseo, nomen habere licet.

Eiusdem: in laudem operis

QVid prodest studijs noctesq; diesq; vacare
Voluendisq; diu se macerare libris:
Si mox ex animo quæ legeris illa recedant?
Sic impensa perit; Tempus inane fluit.
Ergo, Quisquis aues, tanto succurrere morbo
Exhibet, excellens hoc opus Antydotum;
Hanc tacitus retinens Cosmas Rossellius artem,
Communem vt faciat publicus vrget amor.

REVERENDI PATRIS FRATRIS COSMÆ DE ROSSELLIIS FLORENTINI, ORDINIS PRAEDICATORVM.

Epiſtola ad Candidum Lectorem.



MNIBVS *hominibus liquido patet (candide lector) naturam eorum ſingulis haud tribuiſſe : ſed aliquibus eorum, diſtribuiſſe potius naturalia ſua quædam dona, perfectionesq́ꝫ. Etenim, quamuis ſua omnia, omnibus in genere hominibus tribuerit : non tamen eorum ſingulis, ea ipſa omnia, largita eſt. Homo enim homini præſtat. eapropter, quod hoc in homine, natura deficiendo fecit abiectum; illud in alio, eminentiori modo fecit exiſtere. Quamobrem, quod abiectũ in vno: id in alio, inſigne, excellentiſſimũue conſpicimus. Propterea, quodcunque abiectum, vel etiam nobile ex ipſa natura, nobis in eſſe nouerimus, quam primum vigilanti animo, diligenti ſtudio, induſtria, arte, exercitioq; excolendum erit; vt quod abiectum & minimum, nobile & inſigne; & quod magnum, & illuſtre, egregium, excellentiſſimumue fieri queat. Profectò qui arte artisque labore agros*

ſilueſtreis

ſilueſtreis etiam uelit excolere; eorum fructus vberrimos pe detentum lætus accipiet. Dubitabit ergo nullus, quod per fectiones quis nanciſci poßit diuerſas: ſi habitibus vel artibus ſuæ vires excolat mentis vel animæ. Pelagus hic immenſum ſicco pertranſeundum pede percenſeo, & ſub ſilentio claudere, diuerſarum artium emolumenta; quibus vel naturæ operiuntur defectus, vel eiſdem habitibus, quæ nimium abiecta fuerint, eadem in re nobilißima appareant omnibus. Artem enim naturam perficere: ac multa complere, quæ nequaquam natura perficere poteſt, philoſophorum omnium princeps aſſeuerauit Ariſtot. Quæ etenim vis animi noſtri, quæ potentia, qui ſenſus, quod denique membrũ arte, ac ingenij inuentu perfici non poterit? Quare cenſores libelli huius nolumus eos, qui vix operis iſtius inſpecto titulo (ne dicam perlecto opere) tanquam Cicerone, Quintiliano, & Seneca prætermißis quampluribus alijs doctißimis viris, ſapientiores vel artem ſimpliciter, vel in hunc ordinem à nobis digeſtam deſpiciunt, quia forſan memoria naturaliter clarent, quã hæc confirmaret præceptio, clarioremque redderet, quia ars perficit naturam, ſi Ariſtoteli creditur, vt ſupra diximus. Nec illos admittimus, qui prima philoſophiæ elementa non attendentes, aut applicare neſcientes, vel forſan non intelligentes: ſenſibiles figuras, bona fronte negant, prodeſſe poſſe memoriæ: affirmantq; hanc per ſenſibiles figuras memorandi artem laborioſiorem eſſe, quàm ſimpliciter, & naturaliter memoriter haurire, & retinere: quibus, & ſi rationibus reſpondere poſſumus, dedi-

gnamur

gnamur quidem. Hoc tantum illis respondentes, quòd iuxta illos exempla quæ dantur, similitudinesue, quæ a docentibus traduntur discentibus, vt aliquid difficile, mente capiant & intelligant: superuacaneum, ac laboriosissimum esse eoq; vltra doctrinam, exempla etiam, & similitudines eos intelligere & retinere oporteat. Maior etiam labor erit (propè istorum errorem) acu suere, quàm absq; illo, eo quòd & acum, & filum, per foramen trahere debeat sutor.

Non ne pueri infantili curru à Matre demissi, melius ambulare discunt, quàm si ibidem non ponerentur? Attamē se ipsos regere, & currum eos insuper secum trahere oportet. Intelligant quæso isti, memoriæ sensum magis à sensibilibus moueri, & figuras huiusmodi artis, nostrum instruere sensum, vt facilius ac velocius recordemur. At, ne nos à proposito aberasse quis existimet, de memoria namq; dicturi: quòd perficiatur arte, quòd nobilitetur artificio & augeatur industria affirmamus, quod ex antea dictis, & in his, quæ sequentur perspicuum esse poterit. Quare, si multo labore, et industria conati sunt quamplurimi corporis aut animi vires arte perficere; nequaquam erit indignum, hanc memorandi artem addiscere, qua dormiens memoria excitatur à sonno; labilis fit tenax: ignobilis nobilitate donatur; abiecta clarescit, parua accipit incrementum; mouetur immobilis; mortua reuiuiscit: quæ memoria, si natura, vigilans ac tenax, nobilis & clara, mobilis & viuax, aliquo in homine extiterit: in eo ipso artificio, & industria præstantissimam fore; æquo animo pollicemur. Quis igitur tam egregium memoriæ donum, eius

que

que multiplices fructus, hac breui arte capeſſere nolit? Nul-
lus. ſi enim ſcire appetant omnes, omnes itidem meminiſſe ue
lint neceſſe eſt. Tunc enim arbitramur ſcire, cum memoria
tenemus. Inter cæteros autem illi maximopere meminiſſe de
ſiderant, qui diuerſarũ artium liberalium, vel ſciẽtiarũ ſtu
dijs aſſolent inuigilare; vt quæ auide hauſerint, firmiter reti
nere queant. Eodem deſiderio, ac inſuper vehementiori te-
nentur illi, qui alios docere vel hortari voluerint, vel qui ali
quo modo apud alios ſunt verba facturi. Quis enim intrepi-
do ac conſtanti animo, alios docere vel hortari poterit: ſi di-
cenda à ſua excidere memoria facile dubitat? Ergo his omni
bus adiumento eſſe, & maximo quidem, hoc noſtro in opere
promittimus, quod ad amuſsim præſtaſſe, illi qui arti huic ali
quatenus inuigilauerint, cognoſcere poterunt & fateri. Hãc
igitur artem, qua præteritorum meminiſſe & ea tanquam li
teris exarata, vel in marmore ſculpta ob oculos habere poſsi
mus (quod ab omnibus concupitiſsimũ eſt) amplexamini vos
omnes, qui cupitis ſcire, & memoriæ ſcita quã plura manda
re, ac cum oportunum fuerit, vobis vel alijs, ea ipſa foris vo
ce, ac lingua proferre deſideratis. Atq; exinde in vobis, vel
naturæ ueſtræ benignitatem in memorando proſpicientes, hac
freti arte propẽſiora dona ſperate: vel etiam noxam eiuſdẽ
ac defectus conſiderantes, eadem arte complete. Deoq; ma-
ximo, qui optimis viribus mentem veſtram donauit, quiq;
in ea omnium artium naturam perficientium ſemina, beni-
gnus infudit, immortales reddite gratias. Vale.

ELENCHVS EORVM QVÆ IN TRACTATV DE artificioſa Memoria continentur Ordine Alphabetico.

A

Arbores

C

Cælorum

D

D

E

F

Figuræ

G

H

I

Inferni

L

Loca

M

N

O

P

Planetæ,

Principalium materierum in hoc opusculo tractatarum ordinata congeries.

In prima parte.

De

In secunda parte agitur.

De

De

FINIS.



TRACTATVS DE MEMORIA ARTIFICIOSA.

Prima pars.



AVTORE R. P. COSMA ROSELLO, ORDINIS PRAEDICATORVM.

PRAEFATIO.



Emoriæ thesaurum, adeo omnes disertißimi rethores communi assensu celebrauere, vt eorum quàm plurimi, minime dubitarint: oratoriæ artis summam, in ipso consistere. eandem perinde sententiam & nostri Theologi ferunt de concionandi arte disputantes. Dei etenim donis supernaturalibus, in Concionatore suppositis: Inter naturalia eiusdem; si pronun-

ciatio primum. Memoria secundum sibi vendicat locum. Quod cum ita esse habeamus omnes, ac identidem in non nullis multum; in aliquibus vero parum, Memoriæ sensum vigere sciamus: regulas atq; præcepta, quibus ipsa in vtrisque maximum accipit incrementum, in medium proferamus. Verum enim vero, locorum atq; figurarum artificio, memoriã comparari; apud huius artis gnaros, proditum est: Quamobrem localis memoria vocitatur ab aliquibus; a plerisq; autem artificialis: quæ & à Tullio, quarto rethoricorum libro, artificiosa dicitur. Eapropter de locis primo: de figuris deinde, distincte dicemus. Ideoq; tractatum nostrum in duas secamus partes, in prima quarum de locis: in secunda de figuris agemus. Primæ partis capitula, quatuordecim erunt: suis distincta titulis.

De locorum diffinitione, in communi: diuisione subdiuisioneq; cum declaratione singulorum membrorum. Cap. I.



Ocus nostro proposito inseruiens dicitur omne illud, quod figuras naturales, seu etiã artificiales, reales vel fictas: recipere potest atq; seruare: vt hic Angulus, hæc columna; vel talis chimera talem rem: puta vas.

Quo ad diuisionem Locorum quædam communia vocamus: quædam particularia. Loca communia sunt illa,

quæ

quæ particularia continent, in quæ & diuiduntur; quaſi genus in ſpecies ſuas. Aliter. Loca cōmunia ſunt, quæ partes magnas habent & inſignes vel Homogeneas, vt, elementum quodlibet: cœlũ vbi ſtellæ non ſunt &c. ſiue Heterogeneas, vt corpus humanũ: vt arbor: vt domus ciuitas &c.

Loca particularia, ſunt prædictorum locorum partes, quæ loca & ipſæ dicuntur; quia figuras ambire & continere poſſunt. Vel aliter: Loca particularia ſunt, quæ (vt plurimum non autem ſemper) imagines immediate, continere ſolent: vt hic Angulus, hanc ſtatuam. Locorum vero communium, quædam minima ſunt, quædam mediocria: Quædam his maiora: Alia ampla: Alia prædictis ampliora. Quædam vero ampliſsima. Horum autem locorum vna quædam communis conditio eſt, quòd ſcilicet maiora minora continent; vel poſſunt, aut ſaltim aſſolent, continere: De quibus omnibus & ſingulis dicturi, ab ampliſsimis tanquam vniuerſalioribus incipiemus.

De locis Ampliſſimis, quæ & quot ſint, & de partitione eorum: figuriſq; in eiſdem contentis. Cap. II.



Oca communia ampliſsima, ſunt, quæ aliorum omnium ſunt capaciſsima, quæq́ alia multa, tum communia, tum particularia; continere poſſunt.

Locorum vero communium amplissimorum: Quædam sunt inferiora et subterranea: Quædam dictis superiora & contigua: Cælestia alia: supercælestia vltima: de quibus omnibus sigillatim dicendum est.

Loca autem communia amplissima Inferiora; sunt Infernus damnatorum; Purgatorium purgandorum; Lymbus sanctorum patrum; Lymbus infantium defunctorum, in originali peccato.

Quo ad partitionem, notato. Infernus diuidi potest in sectiones vndecim: In vna quarum (quæ prima nobis erit) puteus inferni existimetur: quem in medio inferni ferè punctualiter ponimus: de quo infra. Circa ipsum puteum quatuor gradus inibi existentes pro tot inseruient partibus. Septem alias inferni portiones & partes (de quibus infra) superioribus adijcimus, iuxta septem peccatorum genera, quæ in damnatis diuersarum pœnarum generibus, gradibusq; puniuntur. Varietas enim pœnarum, iuxta peccatorum diuersitatẽ inflicta; & ipsorum damnatorum diuersa situatio & dispositio; varijq; gestus eorum: multum Memoriæ proderunt, pluraq; loca dabunt.

De varietate ergo pœnarum: sectionumq, inferni dispositione eorundemque partium conuenienti situatione multa dicemus.

At de loco situ, dispositioneq; inferni, & eius cuiuslibet partis, vbi hi vel illi puniuntur damnati, pertractantes; consonum erit insimul edicere, quas diuersis in partibus inferni luant pœnas, varijs peccatorum generibus obstricti.

Verum

Verum de inferno dæmonibus deq; damnatorum pœnis agentes, à sacra (quo ad fieri potest) volumus, quæ dicimus; haurire scriptura. verum multa methaphoricè & per similitudinem tantum intelligenda ponere nos oportet. Insuper & multa fingere hoc in nostro negocio meliori ac conuenientiori, quo potuimus modo, coacti sumus, non vt sanctißimæ aliquid addamus scripturæ, sanctorumq; ac catholicorum doctorum illam exponentium intelligentiæ, nec ita esse vt finxerimus, credamus, sed vt facilius recordemur locorum atq; figurarum, quibus vti voluerimus.

Circa igitur terræ centrum, vastißimus ac penè planus sit tibi locus, rotundæ circularisq; figuræ, horribili & tenebrosa luce perfusus.

In cuius rotundi loci medio puteus altißimus sit, vehementi æstuans igne, flammisque fumo permixtis: quiq; ignis dæmones inibi reclusos excruciet: extraq; os putei, quasi lambens egrediatur: & per vniuersum infernum eiusq; partes quasi serpens: incedendo diffundatur, palmoque tantum à terra surgens & prosiliens (ne damnatos nobis occultet) eosdem cruciet & torqueat.

At circa ipsum puteũ, quatuor gradus lapideos brachiorum trium vel quatuor latitudinis; duorumq; vel circiter altitudinis; ipsum circumquaq; puteum ambientes & circundantes; vnum alio superiorem existimato. in quorum superiore, qui orificio putei proximior est: Idest in primo hæretici sint sacros scripturæ libros discerpentes. nam perquàm frequenter sanctas isti peruerterunt scripturas. In sequenti, qui

ti, qui medius est, Iudæi sint æreis vel ferreis frontibus, vt eorum obstinatio significetur, vel velatis oculis, vt eorum cæcitas demonstretur: vel inclinata ceruice, vt cordis duritia declaretur eorum, confingantur. In tertio idolatræ cum suis prostrati idolis imaginentur. Hyppocritæ in quarto gradu ponantur. qui vltimus est. Igne vehementi prædicti damnati à putei ore egrediente torqueantur. Supra os putei Lucifer quasi à puteo egrediens, figura appareat horribili, flammis quasi insidens, ac ab eis circundatus. Descensis autem quatuor prædictis gradibus, circa puteum existentibus, ipsumq; a parte extera circundantibus; septem lineas pertrahes, à planta vltimi gradus, vsq; ad plateæ circunferentiam fluentes, ipsamq; proportionabiliter diuidentes. In quolibet autem spacio inter lineam & lineam: vel melius inter murum & murum (nam loco linearum muros, latitudinis vnius brachij finges: à terra tribus aut quatuor palmis surgentes): In quolibet igitur spacio inter murum & murum constituto, septem damnatorum genera iuxta septem peccata mortalia collocabis: Hoc tamen ordine, quòd superbi in illo collocentur spacio, quod dextris Luciferi è puteo egredientis, vel potius ab umbilico & sursum egressi, situaliter conrespondet. Dextras enim non Dei sed Dæmonis, hoc peccatorum maximo quo dæmoniacam malitiam imitati sunt, sibi antea in uita positi uendicauerunt.

De pænis autem superborum, nostro instituto deseruiet Esaiæ sententia 14. capite scripta, Detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadauer tuum. Et illud. 2. Mach. 7.

Inebriate

Inebriate eum calice iræ domini, quoniam contra dominum erectus est. Isti ergo in hac eorum inferni partitione, quæ in ordine quinta est; in terram deiecti, ac prostrati imaginentur, validißimo cruciati igne.

Inter quos appareant dæmones (iuxta illud Iob, venient super eum horribiles) Leonum effigiem habentes, atq; unguibus superborum corpora per terram trahentes, & insimul ea discerpentes & dilaniantes. Leonibus enim sua in superbia isti similes fuere.

In secundo spacio, quod sua positione & situ dextram Luciferi coxam, non in recta prorsus linea, sed parumper pendente respicit, sint auari: Quorum (extra hanc positionem) recte recordaberis, quia in dextro coxæ prædictæ, loculos & marsupium (quod isti semper concupiere) tenere solent homines.

Isti uultibus in terram depreßis existimentur, totoq; inclinati corpore. Ad terram enim terrenaq; respexerunt isti dum viuerent. Iuxta illud Hieremiæ. 22. e. Tui vero oculi & cor ad auaritiam. Istorum etiam sanguis in loco venarum, ac in diuersis corporis partibus, à sanguisugis eliciatur.

Inter hos admixti sint dæmones, vultibus lupinis uel bufonum apparentes, qui baculis istorum dorsa percutiant. Hi enim tanquam lupi & ceu bufones & serpentes terræ insaturabiles auro & argento extiterunt.

In tertio spacio idest ante Luciferum recta linea; luxuriosi ponantur: cuius positionis rationem, quilibet ex se honestè consideret.

Tales

Tales corrodantur à uermibus in pectore. Iudith 16. Dabis ignem & vermem in carnem eorum, vt vrantur semper. Et Esd. vltimo, vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. De verme propriè dicto, non negat. S. Augustinus hoc intelligi posse. Sicut. D. Anton. refert. 4. parte tit. 14. Cap. 5. De vermibus etiam Esaias quarto dicit, subter te sternetur tinca, & operimentum tuum erunt vermes Caie. in D. Marcũ Cap. 9. metaphorice vermem sumi tradit, cum dicitur, vermis eorum non morietur. Pice etiam ardenti istorum corpora perfundantur: quia carnis delitijs seruierunt. Apoc. vlt. Quantum se exaltauit, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. De similibus, Esa. 3. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas & torques & monilia &c. & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium; & pro fascia pectorali cilicium; talibus ergo isti aut similibus agitentur pœnis. Erecti autem stent hoc in spacio homines & mulieres cincti colubris eorum mordentibus carnes: maxime eo in loco, vbi iam carnales sibi delectationes admouerunt. Calui insuper sint, & pro compta coma aspides, viperæ & Thyræ &c. a capite defluant; vermes insuper carnes corrodant eorum.

Inter hos dæmones adsint, quorum aliqui porcorum formam præseferant: Alij mulorum: Hircorum vc cæteri, qui eorum carnes sicut supra prælibauimus, ardenti pice perfundant: Interq; pedes eorum stercora & limus, sordidißimumq; peripsema inueniantur.

In spacio

In ſpacio quarto, quod ad ſiniſtrã coxam ſitum eſt, iracundi diſponantur. nam ſiniſtro in terra offirmato pede, ad effundendum ſanguinem, pluries iratus homo ſe mouet.

Hi autem vnguibus, vultum pectusq; dilanient & excorient: oreq; aperto Deum blaſphemantes; surſum erectis vultibus, ſpumantesq;, manuſq; proprias præ rabie mordentes, imaginentur. Apoc. 16. b. Commanducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerunt Deum cæli præ dolore, & vulneribus ſuis. Per os autem, naſum & oculos, fumus horribilis, igne admixtus, egrediatur. Quo ad ſitum poſitionemq; prædictorum, Hij pedibus vno ab altero longe ſeiunctis, ſtent.

Dæmones multi, in rabidorum canum vrſorumq;, aquilarum etiam figura inter ipſos apparere fingantur; qui ferreis vncinis vnguibuſq; retortis, dorſa, renesq; totas excorient, excarnificentq;.

In ſpacio quinto, quod ſiniſtro Luciferi humero correſpondet, guloſi ſedeant. Horum ſiniſtra membra, vt brachia, Tibiæ; infirmiora cæteris membris, in guloſis & voracibus eſſe ſolent: ac ob defluentes humores à crapula generatos; multis teneri cruciatibus. Id circo hoc ſitu, ſiniſtram Luciferi reſpiciente: eorum aliquatenus meminiſſe valebis. Iſti intro in gutture linguaq;, igne ardentiſſimo crucientur; ſicut & de epulone legitur: Luc. 16. crucior in hac flamma. Potum amariſſimum Abſynthio & felle permixtum; feculentumue bibere à dæmonibus compellantur, Hiere. 23. Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle. Ezec. 2. Et calicem mæro-

ris tristitiæ bibes & potabis usq; ad fæces. Sedeant isti macilenti, extenuati, quorum cutis oßibus tantum adhæreat, esurientes sitientesque credantur, & præ fame & siti tabescant.

Inter istos gulosos, dæmonia surgant, figuram holorum & felium habentia: quæ in horum damnatorum ora vi amarißima pocula, eliquatumq; plumbum, effundant: Horum peccatorum aliqui, euomant interiora & viscera.

Retro in spacio, inter lineas à posterioribus partibus, sinistri humeri ad circunferentiam prædictæ plateæ defluentes, inuidi maneant: Qui bene retro collocati existimentur: quia è stercore malo. s. proximi, lætati sunt: & è contra bonum illius, velut stercus reputauere, dum illud vilipenderunt, vituperauerunt, absconderuntq;.

Inuidi autem in toto corpore varios liuores habeant: pallidi &c. Hos autem Ouidius pinxit. Pallor in ore sedet: macies in corpore toto: Nusquàm recta acies, liuent rubigine dentes. Viscera felle virent: lingua est suffusa veneno.

Hi prostrati in terra iaceant; atq; durißimis flagellis, vt puta taurinis atque plumbatis; à dæmonibus passerum vel Draconum figuram habentibus, durißime verberentur.

In septimo spacio dextro Luciferi correspondēti humero pigros ponimus acediaque percussos: Qui in tali inferni loco constituti; ligati sint manibus & pedibus: Iuxta illud; ligatis manibus & pedibus proijcite eum. idest, Seruum inutilem, in tenebras exteriores. Iaceant hi, in arena: pedibus in compedibus reclusis: manicisq; ferreis ligatis manibus: cathenisq;

nisq; multis vincti & circundati. Inter istos diaboli sint, facies mergonum vel merguum habentes: asinorum aliqui: qui acutissimis stimulis prædictos pungendo torqueant. Dæmonumq; aliqui, merguum vel mergonum effigiem habentes, tanquam super eos sedentes & equitantes, calcaribus eorum configant, et compenetrent latera, baculisq; posteriores eorum percutiant partes. Impleta platea damnatis prædictis, gelidarum aquarum rapidum flumen sua inter littora fluens, & plateam prædictam ambiens, ponimus.

At hic notato, quòd inter finem plateæ in sex ut diximus diuisæ spacia, & arenarium litus interius huius fluminis quemdam murum, à terra tribus surgentem palmis, & plateam claudentem, & ab arenario eam diuidentem et separantem, te oportet confingere: ne loca indistincta confusionem nostræ ingerant menti: Post quem murum plateam recludentem litus sequitur: totam circundans plateam: Deinde flumen: nigras fæcibusq; permixtas a fundo ebulliens aquas.

In hoc autem flumine: in ante. s. Luciferi Cymbam, animarum plenam existima: In qua atrocissimus sit dæmon, nauim ipsam gubernans, & animas peccatis oneratas diuersis, deportans: non ob id Charontis classem admittimus, sed hæc metaphorice sumimus. Istas aũt prædictas animas, dæmones multi in prædicta naui existentes, in varias prædictæ plateæ & inferni portiones & spacia, maximo impetu proijciunt, vel deportant.

Extra flumen prædictum, quod totum circuit infernum

à parte dextera Luciferi, in cripta Lymbum infantium ponas.

Retro Luciferum, Purgatorium: in cripta et ipsum trãs flumen positum existimetur.

A sinistris in cripta Lymbum sanctorum patrum: Horum rationem positionis, breuitati studens omitto.

At sciendum, quòd Lymbus infantium mortuorum in originali peccato locus est subterraneus continuus cum inferno, & pars inferni: sed tamen superior eo loco, quem infernum dicimus: locum autem istum, in duas diuidimus partes: in quarum vna infantes mares sint: in altera fæmellæ morentur. De hoc Lymbo, vide. S. Tho. 4. sen. dis. 45. quæstio. 2. in ratione ad eandem quæstionem.

Purgatorium, qui locus purgandorum est, in altitudine superior sit prædicto Lymbo, qui locus rotundus sit, quasi puteus sed latior. Et ibi sint Clerici; Presbyteri: Episcopi &c. Religiosi, Monachi, Abbates &c. homines priuati, mulieres. Locus iste flammis excandescat & fumo: Et tanquàm balnea, sed ignem non aquam ebulliens existimetur. In medio supra quandam existimatam petram, vel in porta: uel melius in balneæ circuitu vel vltimo per aerem: Angeli confortantes existimentur.

Lymbus sanctorum patrum, locus subterraneus est, paulo superior Purgatorio existimandus. Sancti enim patres, in quibus minimum erat de ratione culpæ, supremum, & minus tenebrosum locum habuerunt, prout a sancto Thoma. 4. sen. dist. 45. quæstio. ar. secundo haurire possumus.

Locum

Locum autem hunc quadratum existimemus, & in primo angulo sint sancti Patriarchæ: in secundo sancti Prophetæ: in tertio sancti: & Iusti homines: In quarto infantes circuncisi: omnes isti ibidem aliquando stetere, vsque.s. ad Christi descensum, & ab inferis ascensum.

Additiones operi insertæ ab eodem authore. F. Cosma Rossello, ad ampliorem notitim eorum, quæ supra posuimus: & ad legentium maiorem vtilitatem: & vberius oblectamentm.



Ostquam præsenti operi de memoria artificiosa, finem dedimus: placuit & nobis, vt ea, quæ de inferno, elementis cælestibus, sphæris, cæloq́ Empyreo diximus, ac scripsimus, picturæ commendarentur: hac nempe de causa, vt videlicet tum inspectori maximo essent emolumento: tum, vt illis cōspicientium animus oblectaretur, ac hisce studijs operam nauare, vel vtili, vel voluptate, vel certe vtroq́ permotus penè compelleretur. Igitur curantes, vt Infernus, Paradisusq́, omni, qua potuimus diligentia, pingerentur; melius edocti, addere quædam, aliqua in melius commutare, paucissimaq́ excludere, necesse fuit. Et, vt eorum omnium, quæ depicta fuerunt, notitia plenior haberetur, omnium prædictorum declarationem, ibidem a latere apposuimus: vt quæ pictura includeret; scriptura declarentur. Has ergo Inferni

Paradisiq́

Paradisiq́ declarationes pleniores & locupletiores, non omnes, ne iam scripta replicentur: sed eas duntaxat, quæ in nostro libro minus plene posuimus; huic nostro operi, inserimus & subnectimus.

De Inferno in communi, & de damnatorum pœnis in vniuersali.



N terræ medio centroq́ Infernum damnatorum esse, etsi non certo probabiliter, tamen sacri asserunt doctores, vt S. Tho. in 4. quilibet videre potest. qui locus vilißimus est. vt poте qui vilium mancipiorum, perpetuus incolatus existat, Profundus. nam circa centrum esse creditur. Horribilis ex visione dæmonum. vt D. Greg. autumat. Pauperie egestateq́ omnium bonorum asperrimus, verme conscientiam corrodente intolerabilis, Vermibusq́ forsan corporeis satis plenus, quod & D. Augustinus non negat. nam etsi naturaliter ibidem, præsertim post iudicium immoto primo mobili esse non poßint, Dei tantum miraculo in damnatorum pœnā adesse poterunt: Quod & tunc litteraliter de ipsis damnatis exponeretur illud. Dabis vermes in carnes ipsorum. Insuper locus iste inextricabili confusione plenus est: ibidem. enim nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Igne vehementißimo exæstuans: Putridus maleq́ olens: Gelu ac frigore indicibili stridorem dentium incutiente repletus: fletu, eiulatu, clamoribusq́ auditui infenßißimis. spe longe la-

teq́

teq́ ſemotus. Tenebris gratiæ ac gloriæ pleniſsime opacus ac inſuper lucis exteræ admodum priuatus. Ita quod ignis ille in Inferno exiſtens, non ad leuamen, ſed ad pœnam videri poſsit, isq́ horribili fumo permiſtus, flammaq́ ſubrubea, vel ſimili terrorem incutiens, pœnamq́ damnatis infligens. Qui deniq́ locus, carcer eſt apoſtatarum ſpirituum: ſicut de eo Seruator noſter aſſerit. Qui paratus eſt diabolo & Angelis eius; inſuper ſcæleſtum hominum habitatio: Perpetuum reproborum exilium: præſcitorum digna cauerna. ſpelunca, ſtabulumq́ hominum illorum: qui, vt animalia irrationabilia in hoc mundo vixerunt, exiſtit.

Qui damnati homines omnes & ſinguli, & ſi non æquali modo: (quia ſecundum. magis ſaltem & minus) attamen eiſdem pœnarum ſpeciebus excruciantur, cum pœnæ damni pœnæq́ ſenſus vniuerſi ſubiaceant: Verum enim vero, diuerſos damnatos diuerſas luere pœnas, eorumq́ peccatis ſatis conuenientes, ex ſacra ſcriptura, vt plurimum decerpſimus: quas eadem ſcriptura, vel proprie, vel per metaphorā dixit; vt eſt illud Eſaiæ. Erit pro Zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium: vel in toto, vel in parte accipitur, ut eſt illud, Ibi erit fletus. quod per ſinechdochē ideſt non pro emiſsione lacrimarum: ſed pro dolore capitis, & contortione panniculi cerebri, accipi debet. ſecundum D. Tho.

Alias inſuper pœnas non finximus, vt inſpector, vel ipſas pœnas, iſtis uel illis damnatis conuenientes conſideret, vel certe ipſe idem lector ex ſe excogitet quoſdam cruciatis prædictis ſcripto ſignatis vel depictis perſimiles: ſed longe atrocio=

ge atrociores: ipsis tamen damnatorum peccatis correspondentes, à Deo inflictos, vel infligendos esse. Nam clarissimum ex sacra deprompsimus scriptura, pœnas peccatis conuenire debere. Quod & rationi satis consonum est. D. etiã Tho. dicit, quòd nil in damnatis erit, quod eis non sit materia tristitiæ: nec deerit aliquid pertinens ad tristitiam. Eapropter, superbos in Inferno prostratos conculcatosq; à dæmonibus disposuimus: vt qui in vita gloriam humanam affectauere confusi, & omnium despectissimi (sicut rei miseris probabit euentus) considerentur in Inferno damnati: sicq; de cæteris cruciatis & cruciatibus intelligas. Nec te charissime lector fallere potest pictura, quæ aliquando nostro inuentu diuersos diuersimode excruciatos ostendit. Nam cogita si potes omnia atrocissima tormenta, asperrimasq; pœnas à mundo condito à diuersis tyrannis hominibus inflictas etiam Christo domino, illas et omnes, quæ humano inuentu infligi possent, nec tamen parem vllam inuenies, quæ etiã minimæ inferni pœnæ vel sensus, vel damni coæquari posit: quod & doctor noster Angelicus asserit, rationibusq; probat. Idcirco qualibet hac in pictura data pœna, damnatis quadam singulis, sed longe maior erit excogitanda: quæ eminenter hasce depictas continere credatur.

De par=

De partibus Inferni hac in charta depicti, deque diuersis damnatis prædictis in portionibus, ac de diuersis eorundem cruciatibus.



N tartari obſcuriſsimo loco & lacu, ac inſuper in putei cænoſa profundaq; voragine, innumeros dæmones ibidem excruciatos attendito. Luciferum etiam omnium dæmonum principem, flammis fumoq; ex puteo egredientibus circundatum, & à putei ore prodeuntem, animasq; torquentes conſidera.

A puteo prædicto uehementiſsima egreditur flamma, quæ per totius Inferni partes debaccatur, omnesq; damnatos, iuxta ſingulorum merita torquet. quia dei inſtrumẽtum eſt. Ligat autem ignis iſte animas, cruciatq;, ac miro tormine omnium damnatorum impenetrat corpora

Hæretici in primo ſunt poſiti gradu, qui ſacros libros comburunt, dilacerantq;: ſacrarum enim ſcripturarum germanos ſenſus in hac luce conſtituti, deprauare ſolebant. peruertere inſuper, et eas aliquando abolere auſi ſunt.

Secus iſtos, Iudæos obſtinatos, duraq; ceruice ac mentis oculos obcæcatos habentes, ignis idem pro eorum excruciat meritis.

Idolatras in terram proſtratos, uehemens à puteo egreſſa flamma excruciat.

Hyppocritas in quarto gradu circa puteum conſtitutos

locauimus, à quibus dæmones laruas ouinas detrahere, & facies turpißimas denudare finguntur.

Retro Luciferi dextram, vsq; ad sinistram circulariter progredientes, septem mortalibus capitalibusq; culpis obnoxios disponimus. hos omnes varijs pœnis cruciatibusue diuersis defatigatos cernere poteris: sicut & superius abunde diximus.

De flumine vel stagno Infernum ambiente.



Elidarum aquarum flumen Infernum ambiens posuimus. proinde Iob. 24. de quolibet damnato scriptum est. Ad nimium calorem, transiet ab aquis niuium. Conficiant ergo aquæ illæ, vel paludem, vel flumen, vel aliud quid: ita quod separatæ sint ab igne, vel pluribus in partibus Inferni eæ ipsæ aquæ appareant: vel virtus duntaxat eorumq; gelu in quadam confusione & permixtione, vt Doctores dicunt, damnatos ipsos excruciet: nil nostra refert. sat enim nobis est, absonum non esse, immo consonum fuisse, scripturæq; sanctæ consentaneum, aquas in Inferno posuisse.

Cocytum autem flumen eas appellare, quod luctum sonat, vel paludem, stigiosq; lacus, quod mæstitiam signat, vel Lethe, quod obliuionem importat, non est inconueniens: immo nomina ista mysterijs haud carent; quod & palam asserimus, non vt Poetarum figmentis fauere velimus; sed vt quod illi mußitantes dixere, hoc nos Christiana veritate plenißime

plenißime eruditi declaremus, & tanquàm ab iniquis possessoribus, vt D. Hieronimus ait, quæ vera dixerunt a figmentis extrahentes, in nostram referamus vtilitatem.

De Lymbo Puerorum.



Imbum puerorũ, extra prædictum flumẽ vel stagnum in crypta dispositum inuenies. Qui locus, cum Inferno continuus est, ac inter eius partes a doctoribus connumeratur; sed tamen eo superiorem disposuimus. In quo existentes animæ, duplices tenebras patiuntur gratiæ scilicet: & gloriæ. At isti pœnæ sensus molestias non patiuntur. Hic descendebant infantes illi, qui in naturæ lege ab originali non abluti peccato, decedebant: Illi insuper, qui olim in priori testamento incircumcisi è vita migrabant: nunc vero omnes, qui ante rationis vsum sacro non signati baptismate, moriuntur.

De Purgatorio.



Vrgatorium est locus purgandarum animarum: quod Lymbo prædicto superior intelligatur: nã longe superiores gradu animabus puerorum existunt istæ purgandæ. Ad quẽ porro locum, prædictæ animæ deducuntur ab Angelis: Comitantibus tamen & aßistentibus dæmonibus. Quo in loco gloriæ tantum, non tamen gratiæ tenebras substinent, & pa-

 tiuntur,

tiuntur, igneq; & si non perpetuo, temporaliter tamen per maxime affliguntur, & cruciantur. Igitur pœna damni pœnaq; sensus temporaliter torquentur, vbi & dæmones, etsi non torquentes: attamen illudentes & conuiciantes conueniunt. Nam ratio expostulat, vt victores à victis minime torqueantur, et si aliquantulum ab eisdem illudantur. Hoc proinde in loco animæ existentes, nostris sacrificijs, orationibus, Ieiunijs, uigilijs, peregrinationibus, flagellationibus, Eleemosinis cæterisq; similibus bonis, à pœnis subleuantur. Quæ iuxta. S. Aug. sententiam, prædictis animabus prosunt: uel, vt ipsæ pœnæ tempore, vel intensione diminuantur, vel ab eisdem ipsæ animæ pœnitus absoluantur. Aliud leuamẽ & *eæ animæ consequuntur. nam ibi non desunt Angeli, qui Deo gratas animas hortentur, & quasi sua præsentia foueant.*

De Lymbo Sanctorum Patrum.



Anctorum patrum Lymbus paulo superior est Purgatorio, & prædictis locis minus obscurus; in quo nec gratiæ tenebris nec pœnæ sensus vrgebantur: sed gloriæ tantum splendore, secundum præfinitum tempus priuabantur. Quẽ locum subito post mortem adijt Iesus splendore beatißimæ animæ locum animasq; illustrans & illuminans, beansq; omnes illas visione suæ diuinitatis. Qui locus, eductis inde patribus, clau in posterum fuit, ac perpetuo erit.

De Nani

De Naui Animas deferente.



T si naui non indigent animæ, neq; vectoribus cæteris, vt pote dæmonibus: vt ad sua loca pro meritis, iustitia vrgente diuina perueniant, & perducant: attamen ad cælos, angelos multorum perduxisse animas clarißimum est. sicuti & D. Lucas. 16. scribit, Factum est, ut moreretur Mendicus, et portaretur ab Angelis. Et Ecclesia hoc ferè idē demonstrare videtur, dū dicit Data est Archangelo Michaeli potestas super omnes animas sanctorum suscipiendas. sic de quibusdam prauis hominibus, quòd ad infernum à dæmonibus perducantur, sæpius legimus. Quod etiam de sacra scriptura testimonium haberi videtur, dum dicitur. Ecce repetent animam tuam à te: & alibi, Tradidit eū tortoribus quousque redderet vniuersum debitum. Ideoq; actas à dæmonibus naues pinximus, quibus animas ad portiones diuersas inferni, dæmones ipsi deferant, & proijciant. & vt hoc signo multorum hominum animæ etiam visibiliter vsq; ad Infernum perductæ intelligantur, cum quibus & perpetuā societatem inuitæ pertrahent.

De Crypta, in qua cauerna & aditus ponitur.




Vamuis animæ Infernum petentes, fouea uel aliquo huius modi, vt in infernum impenetrent & descendant, & ab eo diglutiantur, non indigeant: attamen expostulabat ratio,

vt illorum

ut illorum infælicium animarum ad Infernum descensus, qui pingi non poterat, hoc signo inspectoribus declaretur. At cum iudicij tempus aduenerit, quo uniuersæ animæ corpore denuo uestietur: tūc sicut olim supra Dathaan et Abiron congregationesq́ eorum eos uiuos deglutiens terra aperta est: Ita & peracto extremo uniuersaliq́ iudicio, ea ipsa terra corā dānatis magno aperietur, hiatu & abyßi magnæ puteus super eos urgebit os suum, & uiuos deglutiens perpetuis ibidem tenebris reclusos cruciabit. Quæso uos omnes lectores inspectoresq́ uiuentes: ad inferni profunda, cogitatu uestro descendite, pœnasq́ uniuersas perpendite, ut cruciatibus prædictis admoniti, & hac in uita illis quasi uulneribus percußi, atq́ perfoßi, a peccatorum somno, iam hora existente, surgatis. Quo sobrij & uigilantes, atq́ præcincti libero patētiq́ incessu, uirtutū omnium semitas pcurrere poßitis, & ad æterna beatitudinē in cælo perfruēdā, pertingere.

Omnium prædictorum locorum figuram ad maiorem euidentiam pono. in qua sanè figura uniuersa quæ superius scripta sunt, disposita inuenies: sed non precise eo quo superius diximus, modo: nam in melius quæ scripta erāt mutare (ut in his additionibus uides) sapientis erat, & utilitati consulentis: In eadem figura, eandem ob causam, quædam addita inuenies. Nec ob id miretur lector, nam scripto hoc opere absq́ figuris, & iterum illi uacantes, ut pro maiore declaratione in ipso eorū, quæ scripsimus, ponerētur figuræ quædā mutare: quædā addere placuit nobis. Quod et in sequētibus, ne eadē repetere teneamur, nos seruasse animaduertito.


PLVET SVPER
LINEVS · S · PATRVVM
PECCATORES
CAVERNA
LIBVS
PVEROR
PVRGATORIO
FLVMEN
FLVMEN
ACIDIOSI
LVCIFER
FVMVS IGNIS
DE MONES
PVTEVS
INVIDI
SVPERBI
GVLOSI
HERETICI
IVDEI INFIDELES
IDOLATRE
HIPPOCRITE
AVARI
IRACVNDI
LVSVRIOSI



Quoniam in carminum compoſitione minus apti minuſue eruditi ſumus, ea propter, ne aliquid noſtro deſit operi, quod lectoribus fore gratum & vtile exiſtimemus: ideo quæ proſa diximus, vt carmine comprehenderetur, curauimus. Quapropter. R. P. F. Nicolai Alexij Peruſini celeberrimi in ſacra Theologia profeſſoris, ac ſanctæ Inquiſitionis diligentiſsimi commiſſarij opem & operam efflagitantes, ſua tum benignitate tum præclara in ſtudijs omnibus eruditione, meruimus quantocyus exaudiri. Igitur quæ cito, ſed eleganti copioſoq; ſtylo profudit carmina, hic infra a nobis ponentur: ne huius noſtri operis lectores, ac figurarum inſpectores, hac (quam carmina donant) animi oblectatione priuētur: immo quæ proſa, vt diximus, declarata uiderint, carmine hæc eadem ſe habuiſſe lætentur: vt quæ animi oblectamento auide legerint: ea ab eiſdem iocundius & vtilius ſuſcipiantur, & fixius in eorum figantur & recondantur memoria.



R. P. M. NICOLAI ALEXII PERVSINI ORDINIS PRAED. COMMISS. S. Inquisitionis, Carmina.

DE INFERNO.

DAMNATORVM GENERATIM.



Visquis ades, iam siste gradum, circumspice formam
Tartaream, & pœnas pectore conde truces;
CARCER atrox, fætorq́ue grauis, uermesq́ue voraces
Terrificæ facies, horrida Monstra, Cruces;
Est calor intensus, riget intolerabile frigus,
Nunc huc, nunc illhuc perdita Turba ruit;
Luctus & Vltrices Curæ, spes nulla salutis,
Styx nigra, fax pallens, Pax procul, acta quies;
Dira fames, violenta sitis, truculenta cupido,
Explere at nullis, hic, sua Vota datur;
Sic semper miseri cupiunt, nunquamq́ue cupita

D Percipiunt,

Percipiunt, ira hinc his, rabiosa furit.
Hæc tibi sub varijs sunt hic descripta figuris,
Ut mage sic noscas, Quæ grauiora manent:
Nam nec Praxiteles scalpat, nec pingat Apelles
Pœnarum species. Quas locus ille tenet.

DE PVTEO.

A*Ltus hic est Puteus, Tenebris oppletus & igne,*
Quil emures cruciat. Lucifer ora tenet,
Horribili aspectu, Cunctos torquere paratus:
Atq; hic, atq; illhic, sors variata viget.

In primo Hæretici.

H*Ic sunt Hæretici Qui sacra Volumina scindunt*
Aut pedibus calcant, Dogmata falsa ferunt.

In secundo Iudæi.

H*Ic natio Iudæa gemit, cui ferrea ceruix:*
Cui clausus Moses, lumina, velat egunt.

In tertio gradu iuxta Puteum Idololatræ

F*Alsorum hic confracta iacent simulachra Deorum.*
Quorum cultores vstulat ignis edax.

In quarto Hyppocritæ

H*Ic sunt hyppocritæ, ficta pr obitate dolosi,*
Laruis depositis, iam sua Damna vident.

In

In quinto Superbi.

A *Vla ſuperborum ad Dextram Plutonis. eorumq;*
Hos trahit, hos trudit, ora Leonis habens.

In ſexto Auari.

H *Ic curuos cernas vacuosq; numiſmate auaros,*
Quos ſub fronte Lupi, ſæua Megera quatit.
Nanq; vorax Lupus eſt, ſic nec ſatiatus auarus,
Vt Buffo, deſit, ne ſibi terra, timens.

In ſeptimo Luxurioſi.

C *Oram Lucifero, Veneris quos fœda libido*
Perdidit, Ignis ineſt, turpia membra cremans,
Anguibus oratument, colubris coma, colla ceraſtis,
Hircorum effigie: quos lemures domitant.

In octauo Iracundi.

E *Cce hic irati lacerant ſibi Pectus, et exit*
Naribus, atq; oculis flammeus ecce uapor.
En mordent ſibi dente manus, pia numina carpunt,
Portenta hos vexant Lurida, more canum,

In nono Guloſi.

E *Suriunt, ſitiuntq; Dapes, abſinthia felle*
Et fece miſta Grues, Poculaq; atra ferunt.
Diues adeſt epulo, guttam petit, & nequit vnquam

Accipere, Unde ardet iugiter ille ſiti.

In decimo Inuidi.

H*I reſident quos liuor edit, qui Tabe macreſcunt,*
Dum mala auent alijs, nec bona ferre queunt,
Hos in ſublimi tractos, fera pulſat Erymnis,
Unde his aßiduo Verbere terga ſonant.

In vndecimo Accidioſi.

H*Ic ſegnes hærent, manibus pedibusq; reuinctis,*
Rupibus in ſtygijs, ad Phlegetontis aquas,
Quos Steropes, aſinos mentiri, pulſibus vrgent,
Anguibus Alecto *verberat vsq; ſuis.*

De flumine, quod ambit infernus.

I*Gniuomum obuallat circumſita tartara flumen,*
Quod multis Animis caleat onuſta Ratis.
Exonerant Claſſes Loca dat ſua cuiq; Charontes.
Proq; ſuo Pœnas Crimine quæq; luunt.

In Purgatorij oſtio.

H*Ic locus eſt animis purgandis tempore certo*
Angelica, exterſas portat ad aſtra, manus,

Lymbus Patrum.

H*Ic vetus ille manet Lymbus, quem Chriſtus adiuit.*
Atq; diu occluſos extulit inde Patres.

Lymbus

Lymbus Puerorum.

HAec Pueris est dicta Domus, Quibus ante perire
Contigit, ac labes prisca reuulsa foret.
Dant pœnam Damni, non sensus, nanq; videre
Haud unquam possunt numina clara Dei.

Idem ad Amicum suum F. Cos. Rossellum.

ACcipe Thespiadum subito deprompta furore.
Proq; meo tantum redde Labore preces.
Vt tantas Herebi nobis euadere pœnas;
Det Deus, & valeat mens mea pace frui.

De locis amplissimis communibus superioribus prædictis: deq; eorum diffinitione partitione & numero.



Oca communia amplißima & superiora illa sunt, quæ supra inferiora sunt posita, & sunt quatuor elementa: Terra: Aqua: Aer: & Ignis. Horum autem elementorum un quodque in multas secernitur partes: quæ quidem partes instituto nostro perutiles erunt. Nullus tamen miretur, quòd horum homogeneorum partes, quæ sibi simillimæ sunt, pro locis hac in arte (quæ locorum varietatem quantum potest requirit) deseruiant. Nam duo sunt, quæ diuisionibus ea nobis apta

apta reddunt. Primo res, quæ diuersis in partibus elemento=rum vel inueniuntur: vel inueniri possunt: vel faciliter in eisdem imaginari valemus (vt infra uidebis.) Secundo eo=rum notabilis magnitudo, quam attendentes diuisiones faci liter prædicta elemẽta recipere posse cognoscimus. Quorum quidem notabiles portiones, à nobis aufugere nequeunt. Ter ra enim secundum se totam, a nobis desumpta (si Alphagra*no credimus) girat triginta millia; super mille quingenta mil liaria; qui numerus sub arithmeticorum figuris positus atque reductus, talis est* 315000. *Großities vero eiusdem atque diameter mille & viginti duobus milliaribus constat. Cum iuxta* Archimedis *sententiam diameter tertia ferè pars sit circularis circumferentiæ, rei cuiuslibet orbicularis figuræ. Se midiameter autem terræ (qui nostro proposito maxime de=seruiet, cum hac subcælestes spheras hic infra sub figuris eas non integras sed medias duntaxat demonstrantibus pona-mus, quod non tantum nobis nostroq; negocio sufficit: sed clariorem planè nostram reddit doctrinam) erit quinq; mil=lia & vndecim milliaria.*

Cum autem de milliaribus loquimur hic, & infra de no stris intelligimus. Ad *nostra enim milliaria recentiores, quæ veteres posuerunt, laboriosa supputatione reduxerunt.* A=*qua vero tam vasta amplitudine atq; magnitudine super=eminet terræ. ac tam grandi eam sua excedit quantitate, quòd in decuplum prædictus* Alphagranus *cæteriq; (eidem ceu hac in re doctißimo adhærentes) terram ipsam excedat, autument. Eadem quantitatis proportione* Aer Aquam: *et*

Ignis

Ignis Aerē excedit, & superat. Ita quòd doctißimi Astronomi, maxime Alphagranus, à Terra ad usq; Lunæ cælū numerent triginta & duos terræ semidiametros qui, ut diximus, ex quinque millibus undecim milliaribus constat. Quamobrem iuxta eorum supputationem, Lunæ cælum à terra centum sexaginta millibus & quadringentis uiginti septem milliaribus distat. 160427. Absonum ergo non erit, imò & quamplurimum consonum atq; perutile, inueniendis locis atq; figuris, prædicta elementa diuidere. Quantitatum etiam prædictarum istorum elementorum, ut experientia disces, aliquando in nostro negocio meminisse iuuabit. Ad rē autem nostram redeuntes, absonum non erit, imo & ualde consonum extiterit atque perutile, inueniendis & constituēdis locis atq; figuris, prædicta elementa in suas (quæ infra ponentur) diuidere partes. Quod ergo ad eorum spectat partitionem, à terra incipientes, in sex portiones dicimus eam diuidi posse.

Terræ prima pars sit illa, quæ prope & immediate supra Infernum est, quæ pars purè elemētum est, cum mistionem aquæ non recipiat, neq; alterius rei, qua pars sicca existit et frigida, colore etiam differens à cęteris terræ partibus, secunda pars est, ubi aquarum sunt meatus, ubi aquæ minerales sulfureæ & calidæ etiam pertranseunt, et hæc pars superior esse prædicta existimetur. Tertia est superior secūda: in qua metalla & mineralia omnia actione solis ac stellarū; maximeq; planetarum gignuntur influxu.

Quarta terræ partem aßignamus eo in loco, ubi pluuia-

les

les aquæ defluunt descenduntq́, in qua & maximarum arborum radices pertranseunt: Vbi & quædam mineralia, ut Gypsus, Tuphus, Saxa, marmora.

Quinta pars ibi est, vbi Serpentes excauant, & animalium latibula inueniuntur, vt serpentium, vt formicarum, vt Soricum, vt rubetarum vel bufonum, vt talparum, cæterorumq́ similium.

Sexta pars, quæ, & herbis viret, & floribus ridet, calcatur ab hominibus, teritur à bestijs, in qua generãtur gemmæ, & apparent arbores. Quæ percutitur grandine, & inebriatur pluuia, æstuat Sole, albescit niue, constringitur glacie, & frigescit ventis. Hæc autem terræ pars, quæ superficies est, diuiditur in tres partes in Asiã, Africã, & Europam. Vel sic, in orientalem plagam, occidentalem, meridionalem & septentrionalem; vel sic in partem quæ est vbi nos sumus, & in aliam oppositam pedibus nostris, vbi antipodes; Vel sic, In Planities & in montes.

De minoribus autem eius partibus. s. regionibus & prouincijs, infra sumus dicturi.

Partes uerò elementi aquæ sunt secundum præsentẽ speculationem. Profundum maris, in quo lutum, quodq́ vapores spirat stellarum lumine Solisq́, qui vapores ebulliẽtes, in procellas erumpunt, ita vt è fundo Saxa eorum impetu sursum moueantur. vt docet Albertus ille magnus.

Medium aquarum pro altera parte assignamus, in qua bestiæ marinæ, cetæ &c. perambulant.

Tertia pars poterit accipi in ea parte aquarum, vbi re=

tia

tia iaciuntur ad capiendos pisces, in qua & minores pisces dicimus esse.

Quarta pars superficies aquarum est, supra quam pertranseunt naues, quæ extera quatitur tempestate; vbi tumentes fluctus apparent, vbi mirabiles videntur maris elationes, vbi venti maxime dominantur.

Quinta autem pars eius, sint naues ibi imaginatæ, quæ contiguæ sunt cum aquis, ideoq; quasi pro altero aquarum loco quælibet earum haberi potest; Nauium autem partes sentina: medium vbi variæ merces; Camerula nautæ, aliæq; mansiones: superior pars, quæ est discooperta, vbi instrumẽta bellica. Quinta vbi velum, funes, malus. Sexta corona, vbi uexillum & lumen.

Aeris partes, sunt multæ, ac notißimæ nobis, quæ pro locis haberi possunt. In tres autem præcipue secatur partes.

Prima pars eius: prima regio aeris est; & est illa, quæ nobis propior est, et terræ, & aquæ vicina & contigua, Quæ calida & illuminata est ex radiorum solis & stellarum reflexione, sed non semper eodem modo sese habet, sed diuersi mode diuersis anni temporibus, propter propinquitatem solis &c.

Secunda pars est secunda regio, quæ & media dicitur, a terra & ab igne semota, frigida & tenebrosa, quia est ab igne remota, ad quam stellarum radij à superficie terræ reflexi minime perueniunt. Tempestuosa etiam est. tertia pars, suprema regio est, quæ prope ignem est, & ipsi contigua est, & à terra maxime distans: tranquilla, quia in ea nec

ventus est, nec pluuia: Calida ab igne, & stellis vicinis & motu, Pura, (non vt prima) ex cuius subtiliori parte generatur ignis. Rara, quia in sua perfectione consistit. Lucida, propter ignem: Mobilis, quia circunducitur ad motum ignis, & hæc pars Aestus, dici solet. qualibet autem harum regionum in tres partes diuiditur.

Prima, vbi, apparent vapores, a terra egredientes, quã attrahimus & respiramus, qua vescimur, quam peruolant apes, muscæ, vespes, fuci, & aues quædam paruulæ: vbi apparet ignis fatuus sequens, vel antecedens homines. Candelæ circa cæmiteria, cæteraq; similia.

Secunda est illa aeris portio, quã peruolant quædã aues magnæ. Vt Aquilæ, Milui, cornices turmatim, Cigni suo ordine volantes.

Tertia est illa, vbi ros secundum Commentatorem gignitur: non autem secundum Albertum magnum. In hac etiam generatur pruina, secundum vtrosq;.

Tres autem prædictæ partes: portiones primæ regionis aeris, secundum præsentem speculationem ponantur.

Quarta media regio tres etiam ipsa poßidet partes sicut & prima. de quibus partibus, & si metheorologici distincte & sigillatim mentionẽ minime faciant: de regione tamen tota simul & in communi, deq; impreßionibus, quæ ibidem fiunt, satis superq; loquuntur. Quarum impreßiones aliquas in prima constituemus parte huius regionis, quæ nobis quarta est in ordine, & hoc non immerito, vt ipse testatur sensus Meteorologicorum doctor & director. Sunt ergo inibi

go inibi nubes; fiunt pluuiæ: Apparent fulgura, fulgores, corruscationes; Generantur fulmina, atq; ab ea in terrã vsq; descendunt; Ibi tonitrua fiunt. Et ex eo loco in terrã vẽtorum descendunt turbines, iuxta Aristot sententiam secundo Meteoræ &c.

Quinta. In secunda parte huius regionis mediæ, quæ & in ordine quinta est & media, quo velis ordine. (Quoniam ab ignis fulgore & cæli lumine distat, Et item à reflexione radiorum solis ac stellarum terram percutientium valde remota est, vnde tenebrosa existit): ponimus dæmones esse, quos hanc partem vel circiter, habitare exploratißimum est, vt est videre apud S. Thom. 1. q. 64. art. 4. & apud S. Aug. super Gen. ad literam, vbi dicit, quòd aer caliginosus est quasi carcer dæmonibus, vsque ad tempus iudicij. Vide etiam eumdem libr. 8. de ciuit. cap. secundo. Et libro de Agone Christiano ad Deogratias p̃sbyterũ. Dæmones ergo hanc regionem inhabitantes in secunda & media huius secundæ & mediæ regionis ponamus.

Sexta in tertia parte regionis prædictæ, quæ sexta est in ordine, reliquas impreßiones esse dicamus, quas metheorologici in hac eadem constituunt regione, quãuis distinctè non dicant nec loquãtur, nec tute affirmare poßint, eas ipsas impreßiones hic fieri tantum, nec supra nec infra, quoniã hoc difficilimum est aßignare. Reliquas ergo impreßiones, quæ hac in sexta parte vel prope eã inueniuntur, sunt Halo, qđ latinè corona dicitur, quæ corona in talis aeris regione existens, nostris oculis apparet tãquam circulus circa solem vel

lunam vel aliam ſtellam inſignem. Hic notato, quòd Halorum ſpecies plures ſunt, quædam ſubnigræ: quædam albæ: quædam virides &c. Hic etiã hiatus, & voragines, Hic diuerſi colores videntur, ob quos apparent aſtra ſub vno nunc colore, nunc ſub alio. ſ. ſuboſcuro vel rubeo vel albo vel viridi. Iris etiam hic apparet. Item virgæ albæ: lucidæ vel nigræ: aliquando virides: etiam puniceæ, Hæc circa ſolem eſſe apparent, Inſuper Paraylij. i. ſimilitudines vel effigies ſolis.

Septima. Sequitur nunc de partibus tertiæ regionis, quæ ſicut præcedentes ſe, in tres ſecatur portiones; Prima ergo pars huius vltimæ & ſupremæ regionis (quæ in ordine ſeptima erit) illa eſt, in qua ſecundũ Metheorologicos &c. apparent ſtipulæ ardentes; domus incenſæ, candelæ flamma rutilantes, Ignis perpendicularis, lancea ardens, Et ſcintillæ tanquam quæ a fornace egrediantur.

Octaua. Media huius ſupremæ regionis pars, quæ octaua eſt in ordine illa eſt, in qua videntur capræ ſaltantes, Draco tortuoſus, volantia Sydera. Hic etiam ſecundum Alber. mag. 1. lib. trac. primo, cap. tertio Meteor. &c. Generatur ros: At ſecundum Commentatorem fit infra.

Nona. Suprema pars huius ſupremæ regionis, quæ nona eſt in ordine, ignis ſpheræ contigua eſt, Et in iſta apparent Cometæ barbatæ: Crinitæ: Caudatæ diuerſorum colorũ: Columnæ piramidales: Candeæl accenſæ: Columnæ ardentes: Et titio, qui arabice dicitur Aſub: Hæc de Aeris partibus.

Supra

Supra Aerem Regio eſt ignis, quam in tres ſecernimus portiones. In hac ergo regione notato, quòd ſecundum proſpectiuæ Authorem lib. vltimo, propoſitione vltima, cum ſuo Commentatore recipitur galaxia, quæ ſecundũ vtroſq; via lactea eſt lucidarum & albarum concurſu nubium facta. Qui quidem author duas aſſerit Galaxias, ſicut inſpicientibus nocte cælo ſereno patere poteſt; Quarum vna, (vt ipſe ait) intercisa eſt, & ſuperior: Altera continua & inferior.

Nos ergo noſtro negocio attendentes, & regionem prædictam diuidentes, dicimus, quòd

1. *Prima & inferior pars ignis illa eſt, quæ ipſi contigua eſt, & ex qua ignis deſcendit, aſcenſos vapores incendens.*

2. *Secunda pars, quæ & media eſt, in ipſa Galaxiam recipi nunc concedimus.*

3. *Tertia, quæ orbi lunæ contigua eſt mobilis valde prædictis purior rarior ſubtilior, in qua Galaxiam alteram. i. interciſam recipi dicimus, ſecundum Authorem proſpectiuæ, non illum hac in re ſequentes (nam in octaua ſphera ſecundum Albertum mag. eas eſſe ponimus) ſed noſtro attendentes negocio: Ignis enim partes talibus inſignitæ impreſſionibus occurrent celerius, memorandarum, quam rerum magis receptibiles erunt.*

Alio autem modo tum breuiori tum faciliori ac memorabiliori, aeris partes aſſignamus.

Primam ergo aeris partem dicimus eam, qua reſpiramus, quaue aues paruulæ peruolant &c. vt ſupra.

 Secundam:

Secundam: vbi aues magnæ pertranseunt, de quibus superius.

Tertiam immediate sub nubibus constituimus, sub quibus fluit aqua, quæ in grandinem aliquando congelatur in grandenulam & niuem: vbi pruina &c.

Quartam vbi nubes sunt: fulgores: fulgura & cætera alia, de quibus supradiximus.

Quinta sit, vbi dæmones manent.

Sexta, vbi impressiones igneæ vt plurimum apparent.

Ignis partes eo modo, quo supradiximus, distinguantur. Prædictorum elementorum sectiones sub figura semi circulari dispositas hic infra reperies.



·E· PARS IGNIS VBI HALAXIA INTERCISA VIDET'. S AVTHOREM PROSPECTIV
·3· PARS IGNIS VBI GALAXIA CONTINVA APPARET 2: AVTHOREM PROSPECTIVE
IGNIS P̄ ET INFIMA PARS EX QVA DESCENDIT IGNIS ASCENSOS VAPORES INCENDENS·
9· AERIS PARS CONTIGVA IGNI VBI APPARET COMETE CRINITE BARBATE CAVDATE PIRAMID. CAN
8 P̄ PARS IN QVA VIDIT CAPRE SALTANTES DRACO CADENTIA SYDERA HIC ROS GENERAT 2: ALBERT·M·
7 PARS IN QVA STIPVLE ET DOMVS ARDENTES CANDELE ACCENS IGS P̄PENDICVLARS LANCEA·AR·SCIN·ETIAM AP·
SESTA PARS ÆRIS Q TENEBROSA ET DEMONIBVS ASSIGNATVR·
QVINTA IN QA FIVNT HALO: VORAGINES: HIATVS: DIVERSI COLORES VIRGE ALBE LVCIDE PARAYLII FORAMINA·
QVARTA HIC NVBES PLVIE FVLGVR CORRVSCATIONES GRANDO: NIX FVLMINA: TONITRVA FIVNT;
TERTIA AERIS PARS IN QVA PRVINA GENERATVR·
SECVNDA HIC AVES GRANDIORES VOLAT VT AQVILE: CORNICES: MILVI: CVCNI: HOLOR
PRIMA ÆRIS PS QVI PERVOLAT MVSCE VESPES: AVES PERVVLE HINC VAPORES ASCENDVNT·
QVARTA PARS Q̄VEM NAVES P̄TRANSENT IN Q° HOIES NATA ET MIORES PISCES APARI
TERTIA PARS IN Q° RETIA P̄ONVNTVR ET MINORES PISCES NATANT·
SECVNDA PARS Q CATI P̄AMBVLANT ACRE ILLO MARINE BESTIE
AQVE PRIMA PARS QVÆ VAPORES SVRSVM EBVLLIT
VLTIMA TERRE PARS Q TERIO PEDIB: FLORE ET MADEFI
5· PARS VBI SPENTES EXCAVANT FORMICE
QVARTV VBI AQVA PLVVIALES ET RAD· ARBO
3 VBI MINERALIA
2 VBI AQVA MINERALES
1 VBI PVR ELE TERRE
HIC INF RA INFER NVM





R.P.M. NICOLAI ALEXII PERVSINI ORDINIS PRAED. COMMISS. S.Inquisitionis, Carmina.

DE ELEMENTIS.

TERRA.



St super infernum Tellus quatuorque dirempta.
Partibus. Et prima est, pura tenaxq; sui.
Altera, pura minus, Venas tenet, atque meatus;
Vnde Minerales, prodiga mittit aquas.
Tertia, producit nobis genus omne Metalli,
Aes, Aurum, Argentum: martiaq; arma parit.
QVARTA, Domum præbet Bussonibus, atq; cerastis,
Muribus, & Talpis: intus at ista latent.
In summa vero facie, Rosa, Lilia, & herbæ.
Quadrupedes, Plantæ, Prataq; & arua uirent.

Aqua

Aqua.

TElluri succedit Aqua, et quatuor quoq; partibus ambit,
Et circundat eam limite cincta suo.
Prima profunda, paritq; sole trahente vapores
Vnde fluunt nubes, lympha, procella, niues.
Altera, fert pisces. & monstra sub Equore multa.
Hic Balena natat, cætus, & orca, Boues.
Non ita Pars grandes, Pelagi dat tertia, Pisces,
Hic Anguilla, Lupus, Tincha, Locusta, Lepus.
QVARTA vehit classes, tumidas quoq; surgit ĩ vndas.
Sæpius in præceps, Naufraga puppis abit.

Aer.

DEhinc Aer succedit Aquæ, Regioneq; trina,
In totidem sed pars, Quæq; resecta manet.
Inde nouem surgunt, Qua viuimus, infima pars est,
Qua Fuci & Muscæ, quaue agitantur Apes.
Portio Phænices; Aquilas, Miluosq; secunda,
Prouehit, hic etiam per iuga transit olor,
Tertia progenerat Rores, tenuesq; pruinas
Frigore concretas, qua vaga terra madet.
Quarta gerit nubes, pluuias largitur & imbres
Fulminat, & fusa grandine vastat agros.
Murmurat hic cælum sonitu, tonitruq; remugit,
Et Notus & Boreas bella cruenta cient.
Est data dæmonibus Pars quinta, vbi prælia miscent,

Nostraq;

Nostraq́ sollicitant pectora mille modis.
Sexta nitet varijs formis, hic gignitur halo,
Iris, hiatus adest, virga, vorago, color.
Septima pars stipulas, candelas ædit & hastas,
Ignem pendentem, flammea tela, Domos.
Saltantes gignit capreas octaua, Dracones,
Labentes stellas cernere sæpe licet.
Nona faces affert, torres, rutilasq́ cometas.
Pyramis & flammis facta columna nitet.

Ignis.

AEra stat supra vulcanus, concaua lunæ
Tangens, & constat partibus ille tribus.
Et sursum raptos accendit prima vapores
Altera lactentem, Tertiaq́ ipsa viam.

Cap. 4. de locis communibus amplissimis cœlestibus, & eorum diffinitione & numero.



Oca communia amplissima cœlestia, sunt illa, quæ supra prædicta omnia sita sunt: vndecim. s. cœlorum sphæræ. In primisq́ septem planetarũ cœli: videlicet cœlum lunæ, quod est primum cœlũ ab inferioribus incipiendo: Cœlum Mercurij, quod est secundum. Tertium cœlum est veneris: Quartum est Solis, & est medium inter septẽ planetarum

cælos: Quintum Martis: Sextum Iouis: Septimum Saturni est: Octaua sphera, quæ fixas continet stellas: Nonum cælum: Primum mobile; Cælum empyreum.

Quo ad partitionem, Cælorum septem planetarum partes non aßignamus: quoniam simillimæ sunt (quod memoriæ officit). Quodlibet ergo cælum pro vno loco erit: pro altero planeta eiusdē accipi poterit: pro tertio loco imago rei illius (a quo planeta hoc vel illud nomen accepit) supra ipsum disposita, deseruiet.

Vel certe pro tertio loco, motoris prædicti cæli, imaginata figura inseruire poterit.

Verum, vt eorundem reminiscamur facilius, vnumquodq; septem planetarum cælum, ex illorum metalli materia constare fingamus, supra quam vel quod hoc planeta vel illud dominium habet, & virtutem influit: Talis enim diuersitas nostræ conducit memoriæ, ne in id pluries incidamus, si similes sibiinuicem illos esse crederemus. Sunt autem septem Metallorum genera principalia, septem planetis & planetarum cælis correspondentia, tanquam effectus causis: Quæquidem metalla (quibus planetæ fauent & incrementa præstant, æquiuoce eorum virtutem participant, ac vim eorum suscipiunt.

Cælum lunæ in argētum solidum influit. Cælum Mercurij in argentum viuum. Cælum veneris in Aes.

Cælum Solis virtute operatur in Aurum, Cælum Martis imprimit in ferro. Cælum Iouis fauet stanno. Cælum Saturni dominatur plumbi metallo.

Quod=

Quodlibet igitur cælum imaginemur illius constare metallo, cui vim imprimit. Cælum ergo lunæ erit ex argento solido: Mercurij ex argento viuo: Veneris ex aere: Solis cureum: Martis ferreum: Iouis stanneum: Saturni plumbeū. vnumquodq́ autem eorum vnum tibi tantum locum dabit. Et quoniam cuilibet prædictorum cælorum affixum est Planeta vnū, quodlibet eorum planetarum pro altero erit loco. Iterum supra quodlibet planeta vel a latere imaginem vnam ponimus tali planetæ talis Cæli conueniens, vt supra prælibauimus: Planetæ lunæ, pulcherrimæ mulieris imago resideat, quæ lunæ pulchritudine tibi Dianam denotet, quam supra lunæ partem a latere s. eius sedentem, & argenteis vestibus rutilantem finges, quoniam argēteum est cælum, cui illa insidet: Planetæ Mercurij insideat ipse Mercurius, alatis pedibus stabit, cursorisq́ figuram vestibus & effigie præseferet, cuius quidem ueftes quoad substātiam & colorem lucidæ sint, argento viuo similes.

Super Planetam veneris, venus ipsa erecta appareat crine subtili sparso, effigie pulcherrima, cultu muliebri miro ornata modo, vestibus talibus circumamicta, qualibus nimphæ circumamiciuntur. Supra Solem vel eius cælum, Phæbus vel Apollo curru igneo ad currēdum disposito, appareat, vt apud poetas inuenies. A latere planetæ Martis, Mars armatus, ardenti insideat equo. Iuxta planetam Iouis, sedes eburnea posita sit, supra quā Iouem Deorum maximum (vt falso erat apud Gentiles) locato, vel supra prædictam sedem Iouis imaginem stanneam statuas. Qui Iup-

piter planetam suum pedibus tangat, ipsoq; pro scabello vtatur. Saturni planetæ, statua Saturni plumbea, senẽ caluum canum & tardum præseferens resideat.

Cælum octauum diuersis coloribus rutilantẽ confinges, quandoquidem ipsum cælum & in eo contenta sydera varijs & penè infinitis rebus corporeis (quæ diuersorum colorũ existunt) in eas influendo correspondeant: Philosophorum enim non nulli dixere nil penè esse in terris, quod in octaua sphera maxime stellam sibi dominantem & influentem non habeat.

Octauæ autẽ spheræ partes multæ sunt; Quoniã quodlibet signorum duodecim potest saltem pro vno loco seruire. Signa autem prædicta, sunt ista. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Quælibet etiam reliquarum 48. figurarum cælestium, quæ omnes in octaua sphera fixæ permanent. Et quilibet aliarum stellarum Globus, et quælibet insignis stella, pro tot locis haberi possunt. Siquis ergo errantium sycerũ aliarumq; stellarum notitia haberet, ac earundem cognosceret distinctionem & differentiam, multos sibi acquireret locos.

Metrodorus namq; se in duodecim Signis, per quæ sol ineat, tricenos & sexagenos inuenisse iactauit.

Supra Cælum hoc Angelum eius motorem imaginaberis esse, stola indutum aurea, stellis quã pluribus distincta micantibus, Qui tibi pro altero loco poterit esse.

Nonæ spheræ, noni scilicet Cæli partes non ponimus, ob nimiam

nimiam intra se inuicem similitudinē. sit tibi ergo tale Cælum pro vno duntaxat loco.

Quod quidem Cælum, quod aqueum dicitur, quasi vndarum similitudines habens, finges. Supra hoc Cælum quod aqueum est, imaginemur Angelum esse veste cærulea circumamictum, vel aqueum colorem habentē. Et quemadmodum cum vndis aquæ pinguntur, ita sit illa vestis, vndis per totum depicta. Quiq; Angelus motu eius Cæli, quod mouet, moueatur. sit ergo ibi quasi qui in summitate currus triumphalis positus est. Et talis Angelus sit tibi pro alio loco.

Decimæ itidem partes non damus. eamdem ob causam sphæra ista primum mobile dicitur, moueturq; motu diurno. qui motus, motus raptus dicitur, respectu inferiorum orbium ab ipso motorum, contra cuiuslibet orbis particularem naturalemq; motum. Quæ sphæra cerulei Cælestisq; coloris sit, vel certe imaginetur ex chrystallo constaretur, quæ pro vno loco haberi potest.

Decimo huic cælo insideat Angelus motor eiusdē, quē maiorem existimabimus duobus supradictis, & vestibus discoloratis indutum, uel chrystalli splendorem præseferentibus. & sit tibi pro altero loco a Cælo eiusdem.

Vndecimæ autem sphæræ partes. i. Cæli empyrei non ponimus, propter earundem inter se inuicem similitudinem. sit ergo tibi pro vno loco tantum.

Quoniam cælestibus istis corporibus sæpenumero diuersa occasione & tempore hac in arte vti cogimur, non tantum pro

pro locis, sed & pro multiplicibus memorandorum figuris (vt infra videbis) idcirco de eis multa scire admodum utile erit: quandoquidem qui circa ea diuersa nouerit, pro diuersis ea ipsa sibi inseruire experietur. Id enim cui multa atq; diuersa inesse vel conuenire nouerimus: hoc dubio procul secundum diuersa à nobis inuenta, intellecta & considerata: diuersa (prout voluerimus & signo notauerimus) repræsentabit, atq; ita figuras nobis quidem perutiles pro memorandis multiplicabit. De his infra.

Hæc autem sunt, quæ in his corporibus cælestibus principaliora, insigniora, notiora & nostræ arti magis conducentia inueniuntur, & de eisdem dicuntur Nomina: Motus: Colores: Magnitudines: charactères, quibus Planetæ atque duodecim Cælestis Zodiaici signa notantur: Præsidentia, Fauor in subcælestia cæteraq; similia.

De nominibus cœlorum atque planetarum.

VLtra ea quæ supra scripsimus cælorum atq; Planetarũ, vulgata nomina, Mercurius Stelbon dicitur: Venus, Hesperus: Lucifer, vesper: quamuis de veneris stellæ atq; planetæ nomine diuersa diuersi sentiant & affirment: quæ nostro negocio haud officiunt. Mars Phyriona & Pyrois. Iuppiter Phætonta. Saturnus Phæton vel Phanum. De multiplicibus quadraginta & octo figuris firmamenti infra secunda parte capit. quinto, sub alphabeti ordine ad lungum scripsimus

De cœlorum motibus.

Coelum Empyreū haud mouetur, vt infra ex S. Tho. habetur: Primum mobile, quod ab aliquibus aqueum & chrystallinum dicitur, viginti quatuor horarum spacio suum pficit motum. Percurrit autē supra mundi polos ab Oriente in Occidentem declinans, ac secum inferiores orbes vniuersos circulariter trahit.

Nona sphæra è conuerso ab Occidente in Orientem ab Angelo mota, gradum vix vnum in centum annis percurrit, quæ omnes & ipsa vbi inferiores cælos suo rapit motu.

Octaua atque etiam inferiores omnes & singulæ ab Occidente in Orientem mouentur. Hæc autem octaua sphæra, quæ & firmamentum dicitur, trepidat & trepidando iuxta Alphagrani & Albumassar assertionem centum annorum spacio ac tempore gradum vnum & ipsa solummodo complet: atq; ita in tribus annorum millibus vnum signum percurrit: Cumq; duodecim sint signa: quorum quodlibet triginta continet gradus, & gradus quilibet sexaginta minuta: patere omnibus potest, quòd in triginta sex millibus annis, motum suum complere posset. Hic autem est magnus ille annus, de quo multa & vana (nescientes & stulti sapiētes & uaniloqui Philosophi:) dixerunt, & insipide asseruerunt: Ne te moueat lector, quòd nona etiam sphæra octaua quidem maior longiorisq; circunferentiæ (iuxta probatos authores Vincētium Beluacēsem Alexādrum Piccolomineum aliosq; complures) moueri dicatur (si tamen Deus

Deus opt.max.hoc sineret) quasi eodem temporis interuallo,quo mouetur octaua: Cum ipsa octaua sphæra cẽtum annis gradum perficiat vnum: nona vnum & ipsa gradum, sed vix compleat. Nam cælestium orbium moles magnitudo atq; circunferentia,haud est velocioris vel tardioris motus radix & causa. Alioquin Primum mobile omnes inferiores molis magnitudine & longissima circuitus quantitate superans, morosiori,imo & tardissmo motu,& non spacio viginti quatuor horarum moueri debuerat.

Saturni cælum triginta annis, suum circulum complet. Iuppiter duodecim annis ad sui circuli punctum, à quo incepit moueri,reuertitur. Mars duobus annis. Sol trecentis sexaginta quinque diebus atque sex horis.venus trecentis & quadrraginta octo diebus. Mercurius trecentis triginta nouem diebus. Luna viginti septem diebus, & quasi decem horis.

Omnes uere isti septem inferiores Orbes ab Occidente in Orientem circulariter girant. Horum etiã cælorum nullum sibi inferiores orbes suo girat motu: quamuis illis oĩbus superiores spheræ scilicet octaua nona & decima omnes inferiores secum moueat.

De coloribus septem Planetarum.

LVnæ color blandus est: Mercurij radians: veneris candens refulgens: Solis ardens; Martis igneus: Iouis clarus: Saturni candidus, Ex Isido. Mutant autẽ colores non in se sed respectu nostri propter variam aeris dispositionem & qua=

& qualitatem: ſicuti de Halo & ſtellis rubicundis & nigris, cæteriſq; ſimilibus docti Meteorologici aſſeuerant.

De eorundem Planetarum magnitudine.

S*Ol omnium cæleſtium luminum maximus, Terra maior exiſtit cẽtum ſexaginta ſex uicibus. Saturnus nonaginta & quinque vicibus. Iuppiter nonaginta & vna. Mars ferè duabus vicibus eam ſua excedit magnitudine. Venus Terra ipſa minor eſt, & in quantitate ſua vna eſt triginta ſeptem Terræ partium. Luna vna ferè eſt triginta nouem Terræ partium Mercurij Planeta omnium minimum ſua in quantitate vna ferè eſt trium millium centum quadraginta trium terræ partium.*

De duodecim cœleſtium ſignorum Zodiaci ſupra citatorum nominum interpretatione & eorundem ſignificationibus, quæ ſumuntur à varijs effectibus Solis, cum in iſto aut illo ſigno curſum peragens ſuum pertranſit.

A*Rietis ſignum ſic appellatum eſt, quoniã ſol ad inſtar Arietis, quod animal tota Aeſtate dextro in latere cubat; ita & ſol ſub illo tranſiens ſigno dexteram cæli partem percurrit.*

Taurus cæleſtis ſic dictus eſt, quia ſol ſub illo diſcurrens,

ceu taurus, cornua in igneum calorem erigit, ac terram arabilẽ reddit. Gemini sic sunt vocitati, eoq̃d sub illis gradiẽs sol diem geminat. sub illis namq; duobus amplius diebus, quã sub alijs moratur. Cancer sic dictus, eo quòd in ipso, vel melius dixerim, sub ipso sol cursum perigens veluti cancer retrocedit.

Leo sic appellatus. Nam sol sub eius principio ardentes emittit radios, sub fine quasi friget, quod in Augusto contingit: Leo enim in anteriori parte calidus: in posteriori autem frigidus est.

Virgo propterea appellatus, quia sol sub hoc ptrãsiẽs signo, velut virgo, quasi sterilis est: nam eo tẽpore, scilicet Septembri, nil fere gignit.

Libra sic dicitur, quoniam sol librando æquinoctium facit in Octobri. Scorpius ita vocatus, quia sub eo sol pluribus in locis grandines multas progignit: quod Nouembris mense euenire solet. Sagittarius hoc nomine appellatus est, quia sol sagittas, idest fulminum ictus excitare solet. Quod mẽse Decembri quibusdam in locis solet euenire.

Capricornus hoc nomine dignus est, quia sol tanquã Capra, alta petens ascendit: desinit vero in Pisces, quia finis pluuialis est.

Aquarius ita nominatur, quoniam sub eo sol solutis nubibus imbres emittit.

Pisces, quia sub ipsis sole percurrente, tempus pluuiale solet esse. Hic notato, quòd alij aliter ista interpretãtur nomina, vt infra dicemus. Horum signorum prima sex septen-

trionalia:

trionalia: Cætera non sunt septemtrionalia.

De quadam eorum præsidentia.

CVique elemento tria signa respondēt igni Aries: Leo: Sagittarius. Terræ, Taurus: Virgo: Capricornus : Aeri Gemini: Libra: Aquarius. Aquæ Cancer: Scorpio: Pisces.

Luna argento praeest : Mercurius argento viuo. Venus æri : Sol auro . Mars ferro . Iuppiter stanno . Saturnus plumbo.

De numero stellarum à nobis cognitarum.

EXceptis planetis, quæ erraticæ stellæ nuncupantur, mille & viginti duarum diuersæ magnitudinis stellarum tam veteres quam noui recentesque Astrologi cognitionem habuere. His autem figurauerunt, & sua formauerunt imaginatione, quadraginta & octo figuras cælestes in octaua sphæra: Non tamen hac ratione, vt putarunt quidam, quia earum in firmamento situatio & dispositio prædictas imagines effingerent, & figurarent: cum earum situatio & dispositio etiam res alias figurare videatur: sicut apud Astrologiæ gnaros exploratissimum est: sed vel nec quia earum supra subcælestia presidentia atque dominium similitudinem quandam peculiarem habeat prædictis cum animalibus: tum quia nec omnes istæ cælestes figuræ animalium nomine vocitentur: tum quoniam nec longa ab Astrologis obseruatione : cautum sit earum, quæ animalium nomine appellatæ sunt, dominium prædictis animalibus correspondere: non

ergo prædictis rationibus vel potius imaginationibus Astrologi permoti talibus eas nominibus nuncupauere: sed ideo tătum, vt aliquos illustres homines nominibus istis sempiternis stellis assignatis & commĕdatis, immortales (vt ipsi putarunt) redderent: & eorum ab eisdem egregie factorum memoriam ferè sempiternam facerent, & eam seculis superuenientibus relinquerent.

Hæc est verior de cælestium figurarum nominibus adducta sententia, non tantum Alexandro Piccolomineo, hac in re diligentissimo scrutatori: verum & alijs compluribus admodum arridet, & placet.

De diuersa magnitudine stellarum prædictarum mille uiginti duarum in firmamento fixarum.

In sex ordines iuxta sex diuersos quantitatis gradus in prædictis stellis obseruatos: eas omnes, quas obseruauerŭt, & quarum cognitionĕ habuerunt, diuiserunt Astrologi, maxime Albumasar cæteriq; : Reliquarum autem in firmamĕto stellarŭ minorum pdictis mĕtionĕ Astrologi non fecerunt, tum quia difficile admodum erat & laboriosum, stellas alias minoris quantitatis obseruare: tum quia earum influxum parum in hæc inferiora agere iudicauere: quăuis nullatenus sit asserendum superfluum quid, uel diminutum aliquid in Dei operibus (nisi naturæ defectu, vt in inferioribus istis corporibus pală est videre) euenire posse. Stellæ ergo supremæ quantitatis, & primæ magnitudinis, sunt illæ, quæ Terram continent vicibus 115.

Secundæ quantitatis stellæ vicibus 86.

Tertiæ


Tertiæ quantitatis vicibus.72.
Quartæ magnitudinis vicibus.50.
Quintæ magnitudinis vicibus.36.
Sextæ & vltimæ vicibus 20.terram continent.

De caracteribus ſeptem Planetarū & duodecim ſignorum infra ſuo loco dum de figuris loquimur in ſecundo tractatu capit. nono, ſub eiuſdem fine capituli ponuntur atque ſignantur.

HOrum ergo cæleſtiū corporum (quibus pro ampliſſimis locis vtimur) cognitio & ſuper eiſdem varia & diuerſa meditatio & conſideratio memoriæ artificioſæ, ſatis ſuperq́; conducere poteſt: quamobrem breuiter prædicta de eis perſtrinximus.

Iſtorum autem ampliſsimorum & cæleſtium locorum, quamdam figuram ponere curauimus, quæ & ſi non omnia nobis ſcripta repræſentet: principaliora tamen oſtendet, ac ita ea, quæ ſuperius diximus, lectores intelligent facilius, & eorum reminiſcentur celerius.

Figura cœleſtium omnium ſphęrarum.





R.P.M. NICOLAI ALEXII PERVSINI

ORDINIS PRAED. COMMISS. S.Inquisitionis, Carmina.

DE COELIS.

Luna.

SPHAERAE COELESTES.



Roximus est igni mox Lunæ argenteus orbis.
Argento siquidem cælitus illa fauet.
Mercurij dehinc orbis adest, Qui tegmine viuum
Protegit Argentum, & præsidet Ingenio,
Aere venus vestitā nitet, quia præsidet æri.
Illius è casto sydere spirat amor.
Aureus est autem Phœbus, nanq; incubat Auro,
Curribus auratis, aurea sceptra tenens.
Ferreus est Mauors, talis cui cura Metalli est,

Bilem

Bilem succendens, ore, manuq; minax.
Stannea stella Iouis, cui sit anni credita cura
Atq; Animis nostris esse benigna solet.
Plumbeus est demum SATVRNVS, tristis & asper
Morosusq; senex, tergora curua gerens.

Octaua sphæra.

SPhæra est innumeris octaua coloribus, vt quæ
Innumeris Astris hæc redimita micet,
Hic Aquila, hic Cignus, manet Astianacta, Bootes,
Delphinus, Chiron, Cimba, Medusa, chelis.
Angelus hanc propria Sphæram virtute reuoluit,
Zodiaciq; amplus circulus ambit eam.
Hic vbi sunt Aries, Taurus, Gemini, Cācer, Leo, Virgo,
Libra, Nepa, Arcitenens, Piscis & vrna, Caper.
Hæc trepidare solet, dum paruo voluitur orbe.
Et septem annorum millibus explet eum.
HANC Globus est Nonus circum, cui Nomē aquarum
Ponitur, & cursu tardior esse solet.
Millibus Annorum tricenis, atq; nouenis
Curriculum peragit si Deus hoc sineret.
Sphæra subit decima, hæc motu exagitata volucri,
Secum retrorsum, sydera cuncta rapit.
Aliger hanc vertens numquam lassatur, & hoc est
Mobile, quod primum iam schola docta vocat.
At Globus Empyreus cunctis supereminet: ædes
Ista Beatorum est, dulcis, amæna Domus,

O fælix, o fausta Domus, Domus undiq́ plena
Delitijs, opibus, gaudia plena ferens.
Hæc summis celebranda modis, urbs optima abundans
Ciuibus, hæc summis pollet ubique bonis.
Fertilis in medio & vernans attollitur Arbor
Viuificans omnes, Aurea poma gerens.
Fons liquidis emanat aquis: hinc flumen inundat,
Quod vitreis riuis Atria *lata rigat.*
Fons de monte venit, media Qui surgit in Vrbe,
Quem tu hic sub Regis sede manere vides.
Arboris *in summo magnus Sol vertice fulget,*
Cui triplex facies, lumine cuncta fouens.
Stant circum Seraphim, *præcincti veste rubenti,*
Cum senis alis, Carmina læta canunt.
REX sedet in solio CHRISTVS, cui subditur orbis,
Cuius ad Imperium nutat uterq́ Polus.
Hunc circum Cherubinus *ouat, sacer ordo colore*
Cælesti, prope quos stat pia Virgo parens.
Hæc Regina, caput bissenis splendicat astris,
Sceptra manu vibrat, soleq́ amicta nitet.
Ecce thronos cernis stabiles, cernisq́ sequentes,
Hos quibus Imperium, seu Dominatus adest.
Virtutes subeunt, ædunt quæ mira, mouentq́
Cælorum celeri corpora vasta manu.
Inde Potestatum gradus emicat. hæ quibus omnes
Subduntur lemures, verberaq́ acta pauent.
Principibus datur ordo alius. Quibus addita cura est,

Vrbibus vt præsint, nostraq; Regna regant.
Magnarum est rerum interpres Archangelus atq;
Archana in Mundo nunciat alta Dei.
Angelicus chorus extremus, custodia nostra,
Et suus à vitæ limine cuiq; datur.
Cerne beatorum sedes miro ordine. Patres,
Vates, & forti milite castra Dei.
Parthenoos, castiq; thori connubia, sæclo,
Et qui se abdentes, terga dedere malo.
En Baptista foris, comes est huic Angelus, vrbem
Cui calami certo limite, dextra meat.
Parte alia Ezechiel, filo metitur eandem,
Ad valuas veniunt agmina magna virum,
Mirificis exculta caput, titulisq; coronis,
Hæc & ab Angelicis sunt comitata choris.

ἡ θεῶ Δόξα.

Cap. 5. de locis amplissimis supercœlestibus, dispositioneque eorum ac partitione.



Vpra cælum empyreum multa loca habemus, quæ supercœlestia nominamus. Hæc autem loca sunt imaginatæ situationes & dispositiones, ordines & conuentus, cætus & chori Sanctorum Angelorum, & hominum: Thronus CHRISTI IESV, *est solium sanctißimæ Trinitatis,*

fons

fons & Arbor vitæ: Muri Portæ Plateæ &c. quæ omnia quasi cælo prædicto affixa, & in eo immobilia erunt existimanda, ne nostra in recensendo vacillet memoria.

Ad intelligẽdum autem loca prædicta, imaginare, quòd in medio immensæ plateæ cæli empyrei murus quidam sit rotundus, ac circularis figuræ, ad modum rotundæ molæ, lapidibus pulcherrimis preciosis fulgẽtibusq; intextus, aureoque conglutinatus cæmento; cuius diameter vigintiquinque brachiorum sit in latitudine: sex uero cubitis à prædicta platea in altum extendatur, & consurgat: ita vt vniuersæ prædictæ plateæ, ac in ea habitantibus promineat, ac super eos eleuetur.

Medium autem prædicti circuitus, non vacuum, sed plenum, & lapide pario sardonico cæterisque stratum existimetur.

Supra hunc locum sic dispositum & eleuatum ceu supra montem Thronus CHRISTI *constituatur, vt ab omnibus faciliter contempletur. Retro Thronum Arbor vitæ maxima pulcherrimaue in altum supra Thronũ* CHRISTI *vigintiquinque brachijs eleuetur, viridesq; frondesosq; ramos pomis innumerabilibus oneratos protendat. Ad radices arboris ĩ parte opposita* CHRISTI *Throno fons vitæ limpidißimus, vndis argenteis rutilans, consurgat et ebulliat: Thronum* CHRISTI *circumiens omnesq; paradisi portiones (vt infra per signum disponemus) quasi per canales & aquæductus, discoopertos tamen, transeat, sanctosq; lætificet. Quoniam apud te est fons vitæ figuraliter*

 dicit

dicit scriptura. Et alibi de effectu sanctarum aquarum scribitur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos.

At supra arborem Trinitatis Sanctißimæ solium colloca Solis lucentißimi speciem habens.

Qui Sol magnæ ac rotũdæ existat figuræ (sicut sphæra: atque tres pulcherrimæ reuerẽdæq; facies sic in p̃dicto igneo globo ac splendidißimo Sole, & in qualibet eius parte appareant: quòd à cunctis sanctis omni ex parte paradisi Solem p̃dictum cernentibus conspici queat. Quamquam enim figurabilis in se sit Deus ac Trinitas: tamen vt facilius discamus, hanc illi figuram effingimus.

Circa autem prædictum Solem multitudinẽ Seraphim disponas, quæ quidem quasi sertum circa ipsum faciant, coronamque conficiant: ita tamen, quod prædicta Seraphin non totum ambiant Solem, ne illum nobis occultent: Sed supra Solem, ac sub eodem, & ab vtroque duntaxat latere dextro scilicet et sinistro: appareant sicut in supposita figura patebit.

De hoc solio Esaias sexto cap. vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus à maiestate eius: & quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, et sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius: & duabus velabant pedem eius: & duabus volabãt. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius &c. Et

3. Reg.

3.Reg.22. capitulo Micheas proph. vidi dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli aßistentem ei, à dextris & à sinistris.

Cherubin autem CHRISTI humanati ambiant thronum à dextris scilicet et sinistris eius, & super ipsius caput sertum aliud, oblongum tamen circum ipsum conficiant. vt infra in figura patebit.

De throno autem CHRISTI multa imaginari possumus & debemus, vt magis sensum moueat, & memoriam excitet.

Fingamus igitur thronum materialem in Paradiso, vbi resideat Christus ad instar Throni Salomonis, de quo sancta scriptura 3. Reg. x. fecit rex Salomon Thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: Et duæ manus hinc, atq; inde tenētes sedile, et duo Leones stabant iuxta manus singulas: & duodecim leunculi stantes super sex gradus, hinc atq; inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis &c. 2. Par. 9. Addit. fecit etiam scabellum aureum. Varia autem & pulcherrima schemata in biblijs sacris & figuratis inuenies.

Hic animaduertito, quòd ebur primo: Aurum: Rotunditas: Duæ Manus hinc & inde: Duo principales Leones: Duo ordines leunculorum: sex gradus: scabellum aureum, cum sint throni partes (quando fuerit opus) tot nobis loca dare poterunt. In ipso throno CHRISTVS speciosus p̄ filijs hominum resideat, cuius facies Solis super & splendorem:

cuius

cuius uestes niuis candorē excedant. Et in fæmore scriptum habeat, Rex regum & dominus dominātium. In manu regale sceptrum gemmis corruscans: & in capite coronam auream preciosis insculptam lapidibus habeat.

Sub throno planum quoddam sit, à platea eleuatum, quasi mola quædam, stratum lapidibus preciosis, vt diximus, & in hac montis planitie ante prædictum thronum fons viuus emanet.

Descenso autem hac quasi monte, ad eius radices in ante Christi & sub pedibus eius Beatæ Mariæ semper virginis Dei Matris Sanctissimæ sedes conspicua sit ipsi monti contigua hærens & appodiata. At circa ipsum montem hinc & inde à latere dextro & sinistro, Virginis Mariæ sedes multas, & has quidem insignes & nobiles per circuitum prædicti montis disponimus, vbi throni sedentes (Qui spiritus sedes Dei dicuntur) collocamus: Ita tamen, quòd virginis sedes, quæ in hoc circuitu, qui montis radices circuit, & ante Christi pedes sita est, alijs excelsior pulchrior & insignior sit, vbi cælorum regina, ornatu regio fulgens, coronam stellarum 12. in capite habens, Lunamq; pedibus comprimens, solisq; vestita splendore ponatur. Reliquos autem sex Angelorum ordines in reliquo huius plateæ disponimus.

Quam plateam, ceu rosam fingimus: quam sic diuisam aßignabimus, quasi sit rosa quædam in octo diuisa folia. Ita quod rosæ medium sit locus ille eleuatus, vbi CHRISTI thronum existit, & circa quem virgo, & spiritus, qui dicuntur

cuntur throni, dispositi sunt.

Octo autem prædicta folia per plateam extendantur ad modum eorum, quæ a rosa fluunt foliorum. Quorũ principium & coniunctio cum rosa à pedibus Thronorum incipiat.

Primum & vltimum folium vtrique partium renum Christi directe correspondeant. In primo erit innocentium martirum multitudo sanguine rubricata. In vltimo folio quod dextro renum Christi correspondet: paruulorum circuncisorum & baptizatorum vel sub lege naturæ per aliud à Deo ablutorum ab originali peccato cætus consistat. Multorum autem istorum paruulorum capita vix videri poterunt, & ab imaginatione inuestigari: quia retro thronum sunt. At aliquos videre sat erit nostro negocio.

Secundum folium dextro correspondeat humero Christi, hoc tamen modo, quòd retro humerum eius aliquantulũ extendatur, & vsque a latere prædicti humeri perueniat. In hoc Dominationes sint, qui reliquis angelorum agminibus dominatur: Quorum facilis erit memoria, quia eas in loco digniori, & in Christi dextro constituti, & eo in loco in quo corporalium virium nostrarum sedes a natura constituta est.

Virtutes in sequenti folio, quod Christi coxæ correspondit ponantur: supra quam regni sui virgam appodiat. Hoc ergo verbum. s. virga, vbi sint virtutes, erit inditium: propter vtrorumq; verbor: simile principium. Potestates in quarto erunt folio, quod suræ Christi dextræ correspondet:

sura autem quia. P. figuram conficit: ideo ea, potestates satis signari possunt. Principatus in quinto, quod sinistræ correspondet suræ: cuius suræ figura alterum P. dabit. quo signo satis commotus eorum recordaberis.

Archangelos in sexto ponimus, quod siniStræ coxæ correspondet, supra quem brachium sinistrum retortum ad modum arcus, Archangelos demonstrabit.

Angelos in septimo folio, quod yumero sinistro correspondet, locamus.

Hæc de situ omnium Angelorum. verum, vt memoriæ sensus vehementius excitetur, de gestis ornatu est vestibus eorundem multa loquemur: quibus illorum officia & de eis quædam archana nobis aperientur.

Dum de vestibus dicemus, de gestu & ornatu eorundem multa subnectere volumus: De vestibus ergo sanctorum spirituum principaliter et primo dicēdo, dicimus, quod vnusquisque ordinum Angelorum vestibus illis hunc vel illum colorem habentibus, est induendus: qualem colorem lapis ille preciosus habet, qui talem designat ordinem: aut certe vestibus unusquisque cooperiatur, gemmis lapidibusq́ illis contextis, quæ cuiq́ ordini aßignantur. De his lapidibus preciosis, vniuersos Angelos signantes, extat vaticinium Esai. 28. omnis lapis preciosus operimentum tuum. Sardius Topatius & Iaspis. Chrysolitus onix & berillus. Saphirus carbunculus & Smaragdus. Qui nouem lapides, nouem choros Angelorum demonstrant: idest Seraphin, Cherubin, Thronos, Dominationes, Virtutes, Potestates, Principatus, Archan=

Archangelos, Angelos.

Primus ergo ordo spirituum beatorum, est Sanctorum Seraphin: Primum ergo preciosum lapidem eisdem aßignamus. i. Sardium Topation Cherubinis, ac sic de cæteris. Seraphin igitur quæ circa Trinitatis Sāctißimæ solium sunt, accēsis vultibus, (sicut ēt pinguntur) propter feruoré charitatis imaginentur, alisq; rubentibus: (cuius coloris est lapis sardius) vel certe sardis contextis & ornatis, aut depictis confingātur: ore itidem aperto, ac diuina laude repleto, Sanctus Sanctus Sanctus proclamantia.

Alarum autem numerus earumq; gestus: extensio & uelatio: color: & clamor, Seraphinorum eorum declarant officia & dignitates.

Cherubin, qui Thronum Christi, eo quo supradiximus ordine, ab vno latere Christi ascendendo supra caput eius, & ad aliud latus descendendo ambiunt: duas alas habere, sicut & pictores fingunt, imaginentur. quæ alæ virore auri pulcherrimo, ad viriditatem tendente resplendeant: vel topatijs ornatæ et intextæ existimentur: ac sub cuiusq; Cherubin facie ac mento libellum apertum & minimis caracteribus inscriptum esse confinge: qua eorum subtilis & acris denotetur scientia, aut certe eorundem pennas singulas in inferiori parte literis inscriptas esse existimato.

Throni, qui sub throno Christi & ad ipsius montis radices in girum, super sedes dispositi sunt, vestibus existimentur induti rubeis et albis lineis distinctis: ac guttulis resperssis similibus, sicut in diuersi generis Iaspidibus est videre.

Vel vestibus isti spiritus imaginentur ex Iaspidibus contextis induti.

Dominationes sequuntur, quæ in folio quod dextrum respicit humerum Christi locauimus: vestibus chrysolitis intextis indutæ ponantur: vel fulgentibus ardentibusq; scintillis auroq; similibus: talis etenim coloris est chrysolitus. Hæ coronas aureas chrysolitis fulgentes in capite habeant et in manibus instrumenta diuersa, quæ personent. v.g. Liram: Spadicen: Psalterium. Cymbalum, Timpanum: Citharã: Testudineum instrumentum, quod vocãt Liuto. Cortilos: Epigeneum & illud quod Harpæ dicitur.

Virtutes in sequenti folio locatæ vestibus induantur onicibus intextis: vel subcandidum colorem habentibus. talis est enim onix. Atquia isti spiritus cœli sphæras mouent: ea propter sub manu dextra vel sinistra, vel ambabus cuiuslibet eorum: orbes esse magnos pictos in charta aut certe pilas quasdam insignes ex marmore vel alabastro vel serpentino vel porphyrite, cælos repræsentantes imaginaberis,

Potestates in altero folio: prædicto contiguo vestitæ sint indumẽtis berillis intextis, vel pallorem in auri colorem declinantem habentibus: Talis est enim Berillus. Gestibus isti sic disponantur, quod dæmones ab energumenis & ab arreptitijs (quos inter ipsos ponimus) expellere videantur, sicut supra diximus. Ob potestatẽ quam aduersus dæmones exercent secundum D. Greg. prædicti spiritus potestates nuncupantur.

Principatus in sequenti folio, vestes Sapphiris ornatas

habeant,

habeãt, vel cæruleo colore depictas. Isti spiritus in manibus habeant regiones & regna &c. in charta depicta vel in petra, vel marmore, vel quauis materia sculpta: nam gentiũ diuersarum regnorum nationumq; variarum moderatores & gubernatores existunt, vt sacri Doctores affirmant.

Archangeli in alio nostræ rosæ folio, prædicto proximo, & contiguo: vestes carbunculis micantes habeant, vel ignis fulgorem habentes, qualis est carbunculus. Qui (vt prælibauimus) Ducibus, Principibus, Regibus, Imperatoribus, Prælatis, Episcopis, Cardinalibus &c. inter ipsos existentibus, in auribus loquantur: atq; ex eis aliqui: quosdam ex dictis superioribus manducant: alij, viam digito vel manu demostrent. Inter istos spiritus, Michael armis coopertus appareat: Gabriel cum lilio: Raphael cum vnguenti alabastro fingatur: Et ex prædicto Choro aliqui buccinis ad ora positis confingantur. Archãgelus enim voce & tuba dei canet & mortui resurgent.

Angeli in penultimo folio, quod sinistro humero Christi respondet, vt supra diximus, positi vestibus induantur ex smaragdis contextis vel notulis diuersorum colorum conspersis, qualis est smaragdus: quorum diuersitate colorum, quia diuersis rerum speciebus conseruandis præponuntur, ut di. Thom. docet, admonemur. Istorum Sanctorum Spirituũ aliqui simplices priuatosq; viros manu ducant: alij alios amplexentur: alij obices et saxa tollant & abijciant, ne forte offendant homines ad lapidem pedes suos.

In vltimo folio, quod retro renes Christi girat, sint, vt

diximus, Sancti circuncisione uel sacro signati baptismate, vel sub lege naturæ constituti ab originali noxa, alio Deo placati modo, abluti, albis indusijs circumamicti, sertisque, albis ex floribus lilijsq; confectis, redimiti. Hi similes Angelis fuere, tum propter innocentiam, tum ob eorum virginalē munditiam: eā ob causam propè angelos non incongrue eosdem locamus. Inter hoc vltimum folium, quod ab vno latere contiguum est primo, fons superius ante Christi thronum positus per alueum hinc descendens transeat per discoopertū aquæductum, vsque ad extremitatem vtriusque folij: & inde tanquam torrens vel flumen circulariter extendatur. itaque extremitatibus foliorum nostræ rosæ propinquus, immo contiguus existimetur: Torrente enim voluptatis potabit Sanctos suos Deus. &, Quoniam apud te est fons uitæ, Ait propheta.

Finitis autem folijs nostræ rosæ & prædictorum Angelorum sanctorumq; infantium repletis agminibus, & prædicto torrēte vel flumine reclusis, & quasi munitis: extra torrentem hunc, quem per canalem fluere finximus, sex circulos sex intermedijs nostræ rosæ folijs correspondentes imaginaberis.

In horum primo, qui respondet sua situatione folio secundo, vbi posuimus dominationes, sint & astent Apostoli: In secundo Patriarchæ: In tertio Prophetæ: In quarto Martires: In quinto Confessores: In sexto Virgines. Verum locus, qui contra primum & vltimum folium, quæ retro thronum sunt, inuenitur, hebræorum illa multitudine repletus

existat, de qua scriptum est, Et erat multitudo eorum 144. millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Hæc de situ. Nunc de vestibus & eorum insignibus, ut magis memoriam excitent, dicemus.

Sancti *Apostoli et Euangelistæ: discipuliq; domini, Qui in primo circulo sunt, Eo amicti modo, quo & pinguntur, imaginentur, cum eorum insignibus: Idcirco. S. Petrus cum clauibus astet. Paulus cum euaginato ense, & libro. Andreas cum cruce. Iacobus cum pileo, & peregrinantium baculo. Iohannes cum calamo atramentario, libro, & aquila secus pedes suos commorante. Thomas, qui manum digitumq; protendat: Bartholomeus cum gladio & corio proprio super humerum sinistrum reiecto: Matthæus cum libro & Angelo vel homine: Simon Thaddeus cum retibus: Lucas cum libro & boue : Marcus cum libro & Leone. Sint autem animalia hæc quæ propè Euangelistas disponimus, Euangelistarumque omnium vestimenta oculis vndiq; plena. & vnumquodq; eorum senas habeat alas.*

In secundo Circulo, vbi sunt Patriarchæ et Sancti *Patres veteris testamenti: Abraam sit cum magno gladio. Isaac cum fasce lignorum & ariete. Iacob cum scala, quam viderat, & lapide super quo dormiuit, & baculo quo vtebatur. Noe cum archa lignea. Ioseph cum corona sceptroq;. Moyses cum lapideis tabulis & cornuis fulgentibus cum virga &c. Abel cum baculo, & agno. Iob cum cicatricibus fulgētibus. Iosue loricatus cum ense: Phinees cum gladio uel mucrone: Sanson cum columnis: vel asini maxilla, vel valuis: et*

uis: et cum Leone mortuo. Naboth cum lapidibus. Gedeon cum vellere buccina ad os posita, lagena, & Hydria cum lumine in ea abscondito. Iephtæ, Caleb, Eleazar, Tobias, Barach, aliijq; cum eorum insignibus.

In tertio Circulo, vbi sunt Prophetæ. *Dauid astet cultu regio splendens cum cithara vel psalterio: Helias Zona indutus pellicea, cum igneo curru. Heliseus caluus cum Heliæ pallio, baculoq;. Samuel grandæuus cum olei cornu: gemensq; fingatur. Isaias cum serra. Abacuc cum* Angelo, *qui eum in capillo capitis in Babilonem asportauit. Hieremias cum lapidibus. Daniel cum pila vel massa quam fecit ex pice adipe & pilis, & coctam in os draconis proiecit, ac sic interfecit. Dan. 24. Amos cum vecte, qua ab Ozia per tempora transfixus est. Ionas cum cete, ac hederæ ramo. Hi omnes in manibus ramos habeãt oliuarum, quibus Victoria, quam de mundo persequente adepti sunt, significetur.*

In quarto Circulo Martires Sancti *rubeis sericeisq; vestiantur indumentis, manuq; palmarum ramos tenentes: et cum insignibus imaginentur. v.g. Stephanus cum lapidibus: Laurentius cum crate ferrea: Clemens cum anchora: Sebastianus cum telis & sagittis: Cosmas & Damianus cum aureis vasculis. Ignatius cum corde inscripto. Sanctus Petrus mart. cum gladio supra humerum. Blasius cum pectinibus. Georgius armatus. In istis autem principaliores cicatrices (quibus gloriosum pro Domino sanguinem fuderunt) splendentes appareant.*

In quinto, Sanctorum Confessorum cœtus, viridibus induti

duti ſint veſtibus, ſericeisq́ & cum eorum inſignibus exiſtimentur. Ideo. S. Nicolaus cum tribus pilis vel ſphærulis vel maßis aureis aßiſtat: Martinus cum gladio ſcindente clamidis partem. Gregorius cum regno & columba ad aures. Ioſeph cum virga florente. Ludouicus cum corona & ſceptro. S. Hieronymus rubeis veſtibus indutus, et pileo, nudo pectore, ſaxumq́ manu tenens, et cum Leone. S. Dominicus ſuo indutus habitu cum lilio: Stella in fronte: mundo ſub pedibus: cane aculam accenſam ore tenente. Thomas noſter cum cappa ſtellis vndique plena. Vincentius cum manu digitoq́ ad modum concionantis minantisq́ protenſis. S. Frãciſcus cum ſtigmatibus. S. Bernardinus cum nomine IESV in libro depicto.

Inter Confeſſores: Epiſcopi Mitra ornentur: Archiepiſcopi Arce: Patriarchæ cum arce ſupra pectus tranſuerſa: Pontifices maximi regno & pluuiali, vel cappa ſericea. Abbates cum diſciplina fingantur.

In ſexto Circulo, qui ſiniſtrum CHRISTI *humerũ reſpicit, proximusq́ inuenitur folio, in quo ſunt Angeli, Virgines ſunt, quæ albis indutæ ſint veſtibus, liliaq́ manibus tenentes imaginentur. Interq; pedes eorum ſubtusq, Terra uireſcat frondeſcat & floreat. Ibi S. Chaterina Martir cũ rotis appareat: Agnes cum agno: Cecilia cum organis Lucia cum oculis & pugione in gula: Margarita cum dracone: Dorothea cum ſportula florum: Barbara cum turri: Agatha cũ forpicibus. & hæ omnes cum palmis. S. Catherina de Senis cum libro: crucifixoq́; in manibus. Cæteraſque Virgines*

etiam

etiam non martires, hoc in loco disponimus.

Retro thronum in magno circulo illa hebræorum maxima multitudo ab Angelo signata, de qua supradiximus: vestibus sit induta viridibus: nam fide & gratia pleni spe futuri Meßiæ salui facti sunt.

Hos omnes speciales circulos, in quibus diuersos sanctos reposuimus: Circulus quidam eos omnes ab extra ambiens & includens imaginetur latitudinis decem vel viginti cubitorum: perquam circuli latitudinem, velut per alueum et discoopertum aquæductum aqua superius posita, & per canalem ibi descendens, per totum circulum perfluat & discurrat: vt qui superius sunt Sancti: & qui infra ponentur à sacris vndis quasi lætificari poßint prout figuraliter dictum est, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

Extra hunc circulum, in quo aqua discurrẽs, omnes alios ambit & circuit: extra inquam circulum, & circa omnem sui partem, omnium Sanctorum innumerabilis multitudo appareat: virorum s. ac mulierum, paruulorum, iuuenum, senum &c. de qua scriptum est Apocalypsis septimo capitulo.

Vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis stantes ante thronum: In quorum copiosissima multitudine, aliqui sint auratis induti vestibus: Multi indumentis glauco colore depictis: Alij croceo achanto: Alij discoloratis vestibus: & alij alijs &c.


Retro hos sanctos, spacio quinquaginta vel potius centum pe=

tum pedum, murus quidam omnem circuiens claudenſque plateam, imaginetnr: qui lapidibus expolitis cryſtalliniſque compactus & contractus exiſtimetur. Ac eo in loco, qui directe contra thronum reſpondet: ideſt in throni faciem reſpicit, ampliſsima porta: pulcherrimaque imaginetur, plena in troeuntibus viris & mulieribus, qui omnes albis veſtibus: ſertisque in capite poſitis, credantur introire.

Turres autem in prædicto muro Paradiſum circundante, quodam interuallo interpoſitoue ſpacio diſpoſitæ lapidibus præcioſis ædificatæ imaginentur.

Hæc de ampliſsimis locis dicta ſint, quibus addere vel minuere quiſque ſuo arbitrio poterit.




SERA
PHIN
ARBOR
VITE
CHER
VBIN
IR
IS
THROV
XPI
THR
ONI
FONS
VITE
SEDES
VIRGINIS
INNOCENTES
INFANTES
VIRTVTES
POTESTA TES
PRINCI PATVS
ARCHAN GELI
ANGELI
PATRIA RCHE
HEBREI SANCTI
VIRGIN ES
TORRE
NS VOLV
PTATIS
PROPHE TE
MARTIRE S
CONFES SORES
TVRBA
INNVMERA
BELIS SAN
CTORVM

ADDITIONES QVAEDAM AB eodem. F. Cos. Ross. in vberiorem Cęli empyrei declarationem.



Icut superius, de inferno agentes, quædam addidimus, ratione ibidem adducta: sic & de Paradiso scribentes, quæ ad eius ampliorem notitiam pertinent, & quæ eruditionẽ nostram adaugeant, hic infra addere & subnectere volumus: vt non dumtaxat lectori memoriæ artificiosæ notitia detur: verum & eorum, q̃ eius gratia ponuntur, inseratur declaratio, & conferatur notitia: Quod & absonum minime erit: cum eorundem plenior intelligentia & copiosior declaratio (quæ alias nobis perutiles sunt) nostræ etiam memoriæ multum prodesse possint. Sic etenim artificiosius subtilius atque celerius pro locis atque rerum comminiscendarum imaginibus eis vti poterimus: Quod siquis amplius contendat: afferens illud Horatij Flacci dictũ: Non erat hic locus: audacter illi respondemus: Præter eam, quam diximus utilitatem, etiã in his, quæ nunc addimus, si considerare uelint, inueniri multa non superius posita, quæ nostræ arti deseruiãt. Cæterum à quibusdam amicis (quibus hæc negare necessitudinis gratia haud potuimus, sed nec debuimus) nedum impulsi: sed & penè coacti fuimus. Replicare autẽ quædam superius dicta, nos ipse rerum ordo coegit. Inserere vero hæc & ea inter illa disponere, quæ de eodem cælo Empyreo superius diximus, & suo proprio ponere loco, ipsa tem-

poris breuitate & instantis negocij occupatione: qua iam impreßioni intendimus, prohibiti sumus. Diligēs autem lector, quæ ad propius memoriæ artificiosæ attinent incrementum, extrahere, & reliqua linquere, quæ alio tempore: alio commodo atque occasione, legere poterit.

De Cœlo Empyreo, Paradisoque Beatorum, quem hic à latere pingere fecimus: deq; distinctione partium, mansionumq; eius: ac de Sanctorum omnium in eo dispositorum, diuersis ordinibus.



Oelum Empyreum supremum est: vt pote super omnes alios cælos, in ipsa creatione conditos positum et constitutum: quod Phylosophi ignorauere. Nā et si naturale quoddā existat: materiamq; vt cætera alia (licet excellētißimam) habeat, et concernat, quia tamen sensui à quo nostra oritur cognitio (vt Arist. ait) nec directe vel indirecte subiectū norunt: idcirco id non intellexere. est ergo hac de causa: vt D. Tho. placet: Quid intellectuale, quod humana ratione inuestigari non potest, cum non subijciatur visui. sed Diuinus ille Plato in Phedone atq; quāplurimi ex academicis ipsum Platonem sequentes, tam pro male, quàm pro bene merentibus: alias alibi istis terrestribus mansionibus vel insigniores & excellentiores, vel etiam deteriores & viliores: pijs

res: pijs

res: pijs vel impijs præparatas esse (vi quadam veritatis occulta commoti) fateantur. Mercurius quoq; Trismegistus, dum moreretur, hac dere (aliquid veritatis & ipse procul olfaciens) ad optimam illam beatamq; Ciuitatem regredi & ingredi se posse (Calcidio referente) existimauit, et asserit. Pythagoræ insuper sententia ad metrum reducta, hoc ipsum resonat et demonstrat. Corpore (inquit) deposito, cum liber ad ethera perges, Euades hominem, factus Deus ætheris almi. Cum quo Plato eadem disciplina imbutus in Phedone dixerat. Qui piæ præ cæteris vixisse inueniuntur, hi ex his terrenis locis; tanquam è carcere soluti ad altiora transcēdunt, puramq; supra terram habitant regionem, vbi præmium pulchrum est, & spes ingens.

De hoc ergo nostri Theologi, sacris disciplinis imbuti, securius latius et expreßius disserentes & pertractantes, id supremum cælum, sicut & nos supra diximus. & in loco dumtaxat per accidens, ac per partes: & beatorum hominum magis, quàm Angelorum locum esse, ad congruitatem contemplationis, non neceßitatem esse asserunt: concreatum insuper materiæ informi Immobile maxime: formale: Incorruptibile: Lucidum, quamuis radios visibiles nobis non emittat. Influens in inferiores: & in ipso influxu ad ordinē substātiarum pertingens, cum sine motu influat, vt D. Tho. in quolib. asserit. Virtuosißimumque et maximum corporum esse asseuerant.

Et hoc in loco corpora beatorum futura esse dicunt. Quod & iam olim illico creatum Angelis, iuxta Straboneē

& Be=

& Bedam, repletum fuisse dixerunt. Hoc vero cælum in sacra scriptura & à sacris doctoribus diuersis nominibus ob diuersa mysteria nuncupatur. Nam locus sanctus dicitur, quia vere sancta sactorum existit: in quo sancti omnes, sanctum sanctorum perpetuo facie ad faciem intuentur & contemplantur.

Mons domini, mons coagulatus, mons pinguis dicitur. Mons, inquã, quia à terra maxime eleuatur; et a terra terrenisq; rebus exemptos recipit.

Domus æterni patris, quia ibidem omnes Angeli & homines sub vno et supremo patrefamilias vnius moris existentes, recepti sunt, recipiuntur, & in futurum recipiẽtur, vt ait Diuinus Psaltes, Qui habitare facit vnius moris in domo. et alibi: In domũ domini ibimus. Et Seruator noster, In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Hierusalem propter æternam claramq; pacis supremæ visionem et fruitionem. De qua D. Paulus: illa quæ sursum est Ierusalem Ciuitas sancta. Ciuitas Dei dicitur, propter vniuersorum, supernorum Ciuium vnitatem. Gloriosa, ait Propheta, dicta sunt de te Ciuitas Dei. De qua Ciuitate Ezechiel atque Iohannes Euangelista, mira loquuntur, et vndiq; plena mysterijs: quæ fere omnia, hac in pictura ponere enixe curauimus.

Terra insuper viuentium appellatur: quia illorum est, qui aqua viua, gratia.s. CHRISTI in vitam æternam saliente, in hac uita mortali degentes potati et repleti fuere. Quiq; in Cælo viuentes dicuntur, quia vita naturale quæ

vnione

vnione animæ ad corpus consurgit, sed tamen reformata et spirituali felicissima & beata perpetuò viuent. Qui ue insuper uita gloriosa non solum corpus, sed animam beante in æternum viuent. Qui demum deo viuo omnium vita beatissima: viuunt et perfruuntur.

Terra item promissionis dicitur quia sanctis hominibus repromissa, et ab ipsa mundi constitutione præparata, ab ipso Saluatore asseritur. Beati, inquit Mites, quoniã ipsi possidebunt terram.

Regnum cæleste, in quo Rex Regũ, et Dominus dominantium, suam suis gloriam regni perpetuo donat. Quo in Regno reges omnes illos constituet, quos benedicit, dicendo. Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. De hoc autem pluribus in locis sacræ scripturæ mentio fit. Vt ibi, Regnum meum non est de hoc mundo. Memento mei dum veneris in regnum tuum. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, &c.

Cælum cæli etiã *vocatur, vt ibi:* Cælum cæli *domino. Cæli cælorum te capere non poterunt.*

Cælum *Empyreum. i. igneum à Theologis dicitur, non propter ardorem ignis, sed propter corporale lumen in eo diffusum.*

Paradisus uoluptatis, vt in Ezechiel. In Paradiso Dei mei fuisti, et in delitijs paradisi dei. et Christus: Hodie mecũ eris in Paradiso. Nã et si de Lymbo sanctorum Patrũ dixerit IESVS, *vbi Dei gloria reuelata est sanctis, multo magis de cælo empyreo hoc nomen conuenit: cum ibidem supra*

supra perpetuo sint Dei maiestatem contemplaturi.

Hortus delitiarum præfiguratus in sacro Geneseos libro. De quo Ioel. 2. a. quasi hortus uoluptatis. & cant. 5. a. veni in hortum meum soror mea, sponsus sponsæ dicebat.

In hoc autem Cælo sunt Altaria illa, de quibus, Altaria tua domine virtutum sunt Mansiones diuersæ. sanctis Angelis & hominibus datæ vel dādæ sunt & illa felicissima tabernacula, ad q̄ suspirans Dauid, aiebat, Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea. Est & mensa, de qua, sedebitis super mēsam meam in regno meo. & super qua cibus & potus inuisibiles, qui ab hominibus videri non possunt, existunt. sunt et ibi sedes et throni, vbi sedebimus, et discumbemus, præcincto domino et transeunte, et ministrante, vt ipsemet clarissime asseruit, dicens: Amen dico vobis, quòd præcinget, se et faciet eos discumbere, et transiens ministrabit illis.

Hoc ergo Cælum pingētes, et in eius figura, et in his, quæ in eo continetur ea sequentes, quæ a sacra scriptura, maxime Ezechiele, et Iohanne Euangelista de eo, sub nomine Ciuitatis Sanctæ et Hierusalem nouæ, descripta sunt: in quatuor partes diuidimus, iuxta quatuor Turres, quas proportionabiliter et æque distantes, in circuitu Ciuitatis, diuersis in locis distinximus. Nam et si B. Iohannes dicat in quadro Ciuitatem positam esse non in circulo, nos picturæ atque pictori consentientes, circularis figuræ, vt pote, capacioris eā finximus, et pingere fecimus: sed tamen eius circuitum in quatuor distinximus partes, iuxta quatuor turres, vt diximus: vt

mus: vt ſaltim hoc modo ciuitatem in quadro poſitam eſſe ſignificemus.

In eiuſdem autem ciuitatis ſuprema parte, ſupra arborem vitæ ameniſsimam: quã ſupra montẽ in Paradiſi medio, vt Euangeliſta Iohannes docet, locauimus ſolium ſanctæ Trinitatis eleuatum et excelſum, iuxta Eſaiæ vaticinium: quod multis ſeraphinorum ſertis circundatum ponimus. Quod ſolium inacceſsibilẽ gloriam dicimus, quã Deus inhabitat, iuxta D. Pauli ſententiam. Qui lucem inhabitat inacceſsibilem. De hac autem luce & lumine, dominum amictum dixerat Dauid: Amictus lumine, ſicut ueſtimẽto. Hac ergo in lucem, & in igneo, vt ita dicam, globo (nam Deus noſter eſt ignis ardens) & in hoc ſupra mundano Sole, à quo lumen omne creatum emanat, tres ſpecioſiſsimas facies, tres perſonas in vna deitatis ſubſtantia perſonali dumtaxat differentia, diuerſas finximus non quòd Trinitas perſonarum effingi poſsit, ſed vt ex hoc aliquid maximè noſtro negocio deſeruiẽs addiſcamus. Ab hoc autẽ ſupra cæleſti Sole ceu mundus à noſtro: ita (ſed fæliciori modo) vniuerſa ſancta noua & ſuperna illa Ciuitas illuſtratur. Quod nempe lumen diuinæ gloriæ nobiliſsimi illi ciues ſupernæ Ciuitatis perpetui habitatores poſſeſſores ac comprehẽſores, indefeſſe ac perpetuo contemplatur, ſub hoc ſolio arborem vitæ prædictam, fructibus duodecim exuberantem, videbis.

Dein montem, domini montem coagulatum et pinguẽ, montem in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, conſi-

derato: supra montem CHRISTI, *Thronum iride pulcherrimo. ut Iohanni sanctißimo placet, circundatum pinximus: in quo sedere Ecclesia conspexit, quem adorat multitudo Angelorum. Hunc etiam ad instar illius, quem Salomon fecit, ob multa mysteria disposuimus.*

At circa CHRISTI *Thronum, in terra, ut ita dicã. i. circa locum illum, in quo prædicta sedes posita est, quatuor illa animalia Euangelistas significantia, oculis vndiq; plena, senas alas habentia cernes.*

Ante vero Thronum, & secus Agni Dei pedes, fons viuus emanat. Qui fons in torrentem totius voluptatis prolapsus, per omnes Cæli Empyrei partes, ad electorum omnimodam societatem, sobriamq; ebrietatem discurrit.

Sub fonte, nec non & sub monte, qui vniuersæ cælesti prominet urbi, & in medio Thronorum quos hinc & inde sedentes distinximus: Virginem Deiparam, duodecim fulgentium stellarum ornatam corona, amictam Sole sub pedibus Lunam habentem, rosarum fulcitam floribus, stipatam malis, vite florente, suauitatem odoris fructificante, candidisq; lilijs circundatam. Palmæ & Cedri iucundißima umbra protectam. Cinamomo & Balsamo mirum odorem fragrantibus obsitam, multa ob mysteria considerato.

Sub monte, in quo residet Christus: ac ĩ ipsius montis circuitu, Thronos locauimus, Ensem et lances tenentes: quibus iustitiam Dei super illos sedentis, & sua iudicia decernẽtis, præseferant, & significent.

Sub Thronis, quos ad radices in circuitu sedentes, finximus

mus ſex reliquos ordines conſtitutos videbis in ſex artificioſis folijs quaſi cuiuſdam roſæ CHRISTI, *Thronum & montem in anteriori parte dumtaxat ambientibus.*

A dextris autem CHRISTI *incipientes et in anteriorem partem paulatim & ſucceßiue procedentes, ſecundæ Hierarchiæ Angelos ponimus, loca vero ſiniſtris Saluatoris correſpondentia vltimæ Hierarchiæ ſpiritibus repleta proſpicies. Verum hic animaduertito diuerſitatem ſitus & loci varietatem geſtuum & inſignium veſtiumq́, diuerſos colores eorundem diuerſos ordines: propria ac principaliora officia (prout in pictura fieri potuit) declarare.*

Illorum ergo Angelorum ordines, qui ad ſupremã pertinent Hierarchiam, quoniam in Deo primo & vniuerſali principio, rerum cauſas immediate contemplatur, idcirco in ſublimioribus locis in tres ordines diſtinctos, & Deo viciniores poſuimus. Nam et Seraphin Dei ſolium ambientes, vt Eſaias dixerat, ſignauimus: Cherubin vero Thronum Chriſti à ſummo vſque deorſum ambientes finximus. et demum Thronos monti Chriſtum Deũ & hominem excipienti proximiores, immo & contiguos conſtituimus.

Secundam Hierarchiam, quæ rerum cauſas rationesq́ tanquam ab vniuerſalibus cauſis dependentes intelligit, in inferiori ſitu. i. ad Chriſti dextram locauimus.

Tertiam, quæ rationes rerum tanquam à proprijs cauſis dependentes, & quatinus ad particularia applicantur, intuentur, ad eius ſiniſtram ſignauimus.

Colores autem veſtium prædictorum Angelorum, atge

stus eorum diuersi: quædam ipsorum beatorum spirituum officia arcanaq; multa nobis reserant atq; declarant. Nam & curauimus vt vestium colores quibus diuersos Angelorum: induimus choros ignitis illis corresponderent lapidibus, qui hunc vel illum chorum designare possent. Nouem autem præciosi lapides sunt, vt in Ezechiele legimus, qui nouem Angelorum ordines: Gregorio sancto exponente figurant, & signant. De quibus ipse vates 28. capitulo loquẽs aiebat: Omnis lapis præciosus operimentum tuum: Sardius Topatius, & Iaspis: Crysolitus Onix & Berillus: Saphirus Carbunculus & Smaragdus: A supremo igitur præcioso lapide incipiẽtes vnicuiq; ordinum vnum aßignauimus, quem & in serto cuiuslibet spiritus in ipso frontis medio fulgentem anneximus, & inseruimus. Horum vero lapidum colores diligenter exquirentes vestes vnĩuscuiusq; ordinum eisdem coloribus tinximus, quibus ipsi lapides emicant, & refulgent. Sed ne de coloribus prædictorum lapidum oriatur pugna, neue tu ipse fallaris, memento quòd ferè omnium lapidum ignitorum atq; fulgentium non vna tantum, sed diuersæ sunt species & colores. Quorum lapidum colores illos elegimus, qui vel varietatem ponerent, vel mysterium significarent. At cuius coloris vnusquisque illorum existat, in libro nostro de artificiosa memoria diffuse tractauimus. ibidem ergo prædictos colores qui voluerit requirere & legere poterit. His autem sat erit in Angelorum vestibus eos micantes prospicere. Coloribus ergo prædictorum lapidũ, qui tam facile ab inspectoribus conspiciuntur, prætermißis, et ad eo-

ad eorum significationes proprietates effectusq; properãtes: quo mysterio lapides isti praeciosi Angelorum ordinibus conueniant, paululum insinuare, & breuiter libare in animo est.

De Seraphin loquentes, quos circum dei solium in serti modum disposuimus, istis Sardius mysterio conuenit. Hos autem finximus omnium pulcherrimos, ac rubeo colore fulgentes: quo colore istarum caelestium mẽtium faelicissimos ardores, & ignitum amorẽ gratia Dei bonitatẽ significaremus. Seraphin enim ardentes vel incendentes dicuntur. In corde saxi praedicti sardij lapis inuenitur: Et gaudium accẽdit: Timorem repellit: Reddit audaces: Exacuat mentem: & sanguinis fluxum restringit: At per similitudinem Seraphicus ordo in Christo petra, per quem ipsi & omnia & in quo principio vt Aurelius Aug. exponit, creata sunt, stabile fundamentum habet: & tanto caeteris Angelorum ordinibus excellentius, quanto prae illis in natura, & gratia sublimiorem obtinuit gradum: In corde autem dei caeteris omnibus prae magnitudine amoris viciniores inueniuntur. Quiq; spiritus sicut prae caeteris Angelorum agminibus in dei amorem feruntur ardentius: ita & prae caeteris laetantur iocundius. Caeterum praedictas sardij proprietates effectus perfectionesq; supereminenter tamen ita continent possident & conseruant: vt non tantum illas perfectissimo modo (vt pote supereminentiae) illis inesse: sed occulta quadam vi vniuersas illas ab inaestimabili ea qua ardent charitate (à qua denominantur) si perspicaciter consideraueris, liquido

noueris

noueris emanare. Quod longum esset edicere. Hæ autẽ sardij proprietates prædictæ eo clarius Seraphin inesse a nostro materiali intellectu (vt Dyon. vtar verbis) conspicientur: si hominum illorum, qui hoc seraphico per participationem ardent amore, perfectiones considerẽtur. Qui enim seraphico & diuino ardet amore: gaudet in domino semper: nec unquam tristi succumbit cogitatui: Quia non contristabit iustum quicquid acciderit ei. Non timet, quia charitas foras mittit timorem. Audax vel melius fortis redditur, quo ardua præcipue pro dei amore aggrediatur. Nã operatur magna, si amor est, dixit. S. Greg. Acumẽ possidet mentis: quia unctio & spiritus paracletus, quo dei amor, & charitas in cordibus nostris diffunditur: omnem edocet virtutẽ, & omnia. suggerit sanguinem, velut sardius amor iste, si in corde gestetur, restringit: immo & voluptatem omnẽ restringit: nam omnia spernit, & ceu stercora carnem & sanguinem & vniuersa temporalia arbitratur.

Prædicta Seraphin senas alas habentia, vt Esaias. 6. edocet, pinximus. Nã duæ alæ, quæ extẽduntur in altum, diuinorum contemplationem, quæ eorum naturam transcendunt, significant: quæ vero circa eorum corpora: cognitionẽ propriam ac naturalem designant. Postremo alæ illæ, quæ in inferius protenduntur, & profluunt, inferiorum rerum cognitionem denotant.

Cherubin (quos a summo vsque deorsum: ab vtraque parte Throni & sedis Christi quasi defluẽtes signauimus.) Topation datur. Ergo colore ethereo atq; in auri pallorem declinante,

declinante, refulgeant. Talis est.n.Topation. Hunc autē geminū colorē illam non tantum eorum, vt ita dicā, Ethereā scientiam naturalemq́ & propriam, qua & præ cæteris, inferioribus spiritibus egregius potiuntur, designare dicimus, sed principaliter super cælestem & super naturalem beatā atq; diuinam, vt pote charitate fulcitam, quā adepti illico fuere, cum primum ad beatitudinis gloriam peruenerunt. Hanc autem sicut & priorem præ inferioribus spiritibus singularius & egregius poßident.

Istam vero geminam scientiam: qua præ cæteris excellentius pleni sunt, cum vicinius quam cæteri inferiores Dei claritatem contemplentur: non solum gemino colore: sed & duabus alis in eisdem depictis: ac insuper pennis alphabeti caracteribus inscriptis: & demum libro aperto sub mento disposito, legentibus & inspicientibus demonstrare coacti sumus.

Prædicta autem gemma Topation dicta, quam Cherubinis aßignauimus, omnium gemmarum amplißima est, & velut speculum circunstantia, atq; præsentia recipit & repræsentat: quæ & Lunaticam paßionem amouet. Tristitiam ambigit. Iram sedat. Dominatur libidini. Contra noxios motus, frenesim, & subitaneā mortem valet. Vndas etiam feruentes compescit, & ebullire prohibet.

In horum enim Angelorum egregia scientia, quæ velut clarißimum, nec non & purißimū speculum fulget, præsentia omnia, nec dicam multa futura: tum inferiora: tum superiora, (quæ tamen ad illorum pertinent gloriam) emicant.

Quæ ue scientia amplissima quidem est, nam & naturalia istæ cœlestes essentiæ norunt: & super cœlestia præ cæteris inferioribus perspicacius intelligunt: & contemplantur.

Verum quia passionibus quibusdam, vt pote concupiscẽtiæ vel similium nec tenetur, nec propter spiritalem naturam teneri possunt: ideo illæ quæ Topation attribuuntur perfectiones, quæ huiuscemodi passiones supereminenter tãtum istis spiritibus conuenire credantur. Eorum enim scientia auro charitatis decora excellentissimi gaudij in eis cumulũ generat. Lætatus sum, quoniam antecedebat me ista sapiẽtia. Dixit qui eiusdem aliquantulum particeps erat. Mundissimos etiam eos atque purissimos reddit, non contra libidinẽ, a qua longe aliena est eorum natura, sed contra ignorãtiam. Quod eorum nomen designat. Nam Cherub. Plenitudo scientiæ dicitur.

Nec nobis obstat q̃d Iob. 15. dicitur. Cœli non sunt mundi in conspectu eius: et alibi. 25. capitulo: stellæ non sunt mũdæ in conspectu eius immo nec lucent. & illud quarto cap. In Angelis suis reperit prauitatem. Cum eiusmodi non per realem positionem, sed per comparationem dumtaxat, intel telligi debeant. Nam cœlorum atq; stellarum. i. Angelorum munditia & puritas: Lumẽ & splendor scientiæ: bonitas & sanctitas eorundem, ad Dei ineffabilem munditiam, puritatem, claritatem, lucem inaccessibilem, scientiã eminentẽ, bonitatẽ, sanctitudinemq; relata immunditia et impuritas, tenebræ et ignorãtia, atque prauitas penè apparent et reputantur. Hanc autem munditiam et puritatem,

qua iste preciosus lapis operari dicitur, quisquis nostrum si huius Cherubicæ scientiæ particeps fuerit nancisci poterit. nam & de diuina sapientia dicitur. Primi & purißimi fructus illius. pro. 3. & attigit vbiq; propter suam munditiam. Qua & mundos ea præditos constituere poterit. Reliquæ insuper perfectiones attributæ Topatio, per quandam excellẽtiam eisdem Angelis attribui debent. Verum enim vero in hominibus huius scientiæ participibus eæ omnes et singulæ apparent manifestius, et intelliguntur, facilius. sicut & quilibet ex se deducere, & intelligere poterit.

Thronis, quos ad radices montis ipsum circumdantes locauimus, Iaspis conuenit. Hi vestibus guttulis rubeis atque sanguineis respersis vestiuntur. Quo colore ipsa diuina iustitia, cuius ipsi sunt sedes, significatur. Quæ etiam in gladio & lance: quæ in eorum posuimus manibus apparere potest: isti enim sunt, vt D. Greg. ait, in quibus, vel per quos iudicia sua decernit Deus. Hos autem sedentes finximus, ut tali situ ac positione nominis, eorum ratio & interpretatio habeatur. Nam Thronus sedes, vel solium dicitur. Attendite quæso qualis sit sedentis iudicantisq; dignitas: cum sedes eum excipientes nobilißimæ inueniantur.

Iaspis autem febres propulsat: Hydropem fugat: fantasmata pellit: Tutum hominem reddit: Infirmitatesq; discernere facit. Iudex ergo ille, qui super thronos iudicãs iustitiã residet, Iaspide hoc spiritus ornans, vniuersos instruit iudices: vt ab animæ febribus, ab Hydropi maxime: quæ auaritia est alieni: timore vllo pauidi: nec ullo agitati existant

amore: & domum, ut infirmitatum iudicandorum diuersas species grauitatemq; diligenter exquirant: deinde perpẽdant, discernant, & iudicent.

Verum, ne in longum hæc nostra protrahatur oratio, & declaratio, ne   e acri ingenio præditis inferre molestiã, nec non & desidibus & crassæ Mineruæ hominibus nimis fauere videamur: de inferioribus ordinibus ad mediam et postremam Hierarchiam pertinentibus tractaturi, methodo uti in animo est.

Dominationes ad CHRISTI *dextrã dispositæ, q̃ alijs dominantur spiritibus, quæq; alijs imperant & imperio dirigunt, auro & gemmis ornatas & vestibus retinẽtes similitudinem auri atque marini coloris: quibus chrysoliti colores imitentur, pinximus. In horum Angelorum proprio nomine dominium, quo alijs præsunt liquido intelligitur. Quod & supercæleste esse & charitate perfusum asserit ipsius chrysolithi marinus & cælestis color, in auri pallorem declinans.*

V*na autem Chrysolithi virtus, ut de cæteris taceã, est contra nocturnos valere timores, & tanquam ignis scintillare, radiosq; splendentes emittere. Ergo splendere virtutibus: & contra timores uniuersos etiam maximos: per nocturnos pauores signatos constanti animo qui alijs dominãtur existant, & intelligant prædicto chrysoliti colore cælesti quomodo à cælorum domino data est illis omnis regnandi potestas: Per me reges regnant.*

Virtutes, quæ cælorum mouent & agitant orbes: quos ob

id in

id in eorum manibus vides esse depictos. Quæq; virtutes miracula faciunt: vt D.Greg placet, vestibus circumami=ciuntur, humanæ vnguis similitudinem retinentibus, & o=nicis colore micantibus. Hoc autem colore penè humano ostē ditur: quia prædictis officijs in hominum bonum funguntur, cum istæ virtutes humanis tum internis: cum externis (licet diuersimode) faueant viribus atque virtutibus. Quis ne=sciat eas fauere corporibus, cum cælos moueant, atque eosdē animabus succurrere nostris, cum miracula faciunt?

Onix autem tristitiam excitat: Timorem & pallorem incutit: fantasmata generat: Rixas & lites accendit. Has vero virtutes effectusq; isti fælices spiritus, per quādā me=thaphoram in rebus illis, quibus se applicant, vt suis prædi=ctis fungantur officijs, demonstrāt, et operātur. Nā quia di uersa illa naturalia, quibus vt miracula fiāt, Deo primo et principaliter fauēte et operāte paguntur, sacer hic ordo spi rituum sese applicat: cum commotionem, immutationē, vel alterationem ab eisdem patiantur spiritibus, dum ab illis vel trahuntur & extenduntur: vel comprimuntur, & pri uantur: vel saltim ordinantur & diriguntur, præparātur & disponuntur: commotionem, vel immutationem, vel al terationem & quidem maximam extra vel supra uel con tra naturam patiātur: quasi submurmurari & rixari: tri-stari, vel pallere: in litem accendi, vel in timorem à prædi-ctis spiritibus induci dicuntur.

Demum in malis hominibus dum harum virtutum mi nisterio miracula fiunt: Lis & discordia: Pallor & Ti=

mor: & diuerſa aſſolent oriri phantaſmata: ſicut cum Chriſtus miracula operaretur diuerſa, varia in prauis hominibus oriebantur phantaſmata & opiniones, diſcordia et lites: dum alij dicebant, quia bonus: alij non, ſed ſeducit turbas: alij cum oculos cæci nati aperiret, dicebãt, non eſt hic homo à Deo et ſchiſma erat inter illos. Alij timore malo pauẽtes dicebãt, quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit. In bonis autem ſanctus oriebatur timor: nam cum Viduæ filium ſuſcitaſſet, ſcriptura ſubiunxit: Accepit autẽ omnes timor, et glorificabãt Deum dicẽtes, quia propheta magnus ſurrexit in nobis.

Poteſtates, Berillo, qui oleo vel aquis marinis ſimilis uiolaceiq; coloris exiſtit, ornantur. At ſi de præcioſis lapidibus tractantibus credimus, contra capitis dolorem, ſuſpiria, et contra hoſtium pericula valet Berillus: quãobrem per quã optime Poteſtatibus Angelicis contra dæmones dimicantibus, aßignari debet. Nam et ſi poteſtatum officium ſit ordinare, ſicut ex D. Pau. Doctor noſter deducit: ad eos ẽt pertinet dæmonum audaciam refrenare: inſultus prohibere: uirtutem eorum reprimere: et nobis aduerſarum poteſtatum nequitiam et dolum pertimeſcentibus, et præ dolore ſuſpirãtibus, ſubuenire: et ſuſpiria tollere. Capiti etiã et noſtro cordi, videlicet perturbatione commoto, adhibere medelam.

Principatibus ſaphirus reſpondet. Hic autem ordo veſtibus collucet cæruleo, cum purpura admixto colore: fulgentibus, aureoſq; pulueres ſparſos habentibus. Hi autem prouincias, regiones et regna in chartis depicta demonſtrant: nam

nationibus diuersis præsunt, ac regnis.

Saphirus contra fraudem, inuidiam, terroresq́, quæ omnia ipsa regna conturbant, valere dicitur, et ad pacem gratiosus existit. Hæc autē omnia egregius ac clarius in regna sibi commissa operantur istæ diuinæ Mentes.

Archangeli, *intelligentiæ sunt, qui summa nunciant, sicut de sancto Gabriele proditum est. Pralatos ac superiores quosque gubernant: ea propter Pontifices, Cardinales, Reges, Principes, Dominos, cæterosq́ alijs præfectos inter eos locauimus. His aßignatur carbunculus semper ardens, qui nocte minime vincitur, sed quasi noctis vigilias custodiens, semper ardet. Qui et figuram sui ipsius omni lapidi imprimere potest, et è conuerso: et lapidum sigillum dicitur. Horum enim* Archangelorum *custodia super præsidentes maxime Prælatos, nec nocte tacet. De quibus intelligi poßet illud Esa. 62. super muros tuos hierusalem constitui custodes, tota die et tota nocte non tacebunt: cum ferè semp̱ Prælatos illuminent: et erudiant: et eorum Lux et illuminatio tenebris non occultetur. Qui et quæ bona norunt nostris imprimenda mentibus non dedignantur imprimere, et sigillū nostrum existere.*

Angeli, Smaragdi colore refulgent: Quo circa viridibus vestibus, Smaragdi videlicet colorem imitantibus, circumamicti conspiciuntur: qui postremus ordo, humano generi à summo conditore conceditur. Ita quòd cuilibet hominum vnus ex hoc ordine Angelus, ad illum custodiendum deputatus sit: vt talibus ducibus atque magistris: tutoribus,

ribus, & socijs, quibus quilibet ad vitam perduci posit æternam, ea propter inter illos diuersarum condition homines disposuimus. De horum custodia dicitur: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in oībus vijs tuis. & q̄ sequūtur. Et Saluator noster: Amen dico uobis, quòd Angeli eorum in cælis, semper vident faciem patris mei, qui in cælis est.

De smaragdis Solinus loquens dicit: smaragdis nil iocundius, nil vtilius vident oculi, nam defatigatos reficiunt oculos: in umbra fulgent: longius nitent. & secundum Dioscoridem, Morbum caducum, & hemitritheum curat: visum debilem confortat: illæsumq; conseruat: lasciuos motus compescit: memoriam reddit: Tempestatem auertit: fertur & diuitias augere: gratum hominem in verbis facere: persuasionem in omni negocio operari: dentes firmare: prodesse parturientibus. &, vt Aristo. placet, si super arteriam ponatur, temperare calorem. Insuper contra dæmoniacas valere illusiones affirmant. Hic superfluum puto has virtutes effectusq; prædictis spiritibus applicare: cum non solum tales effectus: sed & alij tum similes, tum diuersi numero ac nobilitate memoratos longe excedentes, & superantes in nobis eorum operari ministerio vtilitate sentiamus, & mente si velimus, intelligamus.

Mansionibus Angelis distributis ad sanctorū hominū ordines transeamus: quos ideo ab Angelis saparatos ponimus, non vt D. Greg. qui sanctos pro meritis diuersis, diuersis Angelorum agminibus coniungit, contra dicere uelimus:

sed

ſed, vt diſtinctius (quo ad nos inquam) procedētes, tum oculo ſatisfacere, tum memoriæ prodeſſe poſſimus. Cæterum & Eccleſia, in omnium ſanctorum feſto, Angelos prius quam Apoſtolos cæterosq; ſanctos commemorat.

Ad CHRISTI *dextram locauimus noui teſtamēti* Patres: *principes populorum à Deo conſtitutos: Eccleſiæ fundamentum: lucem mundi: ſal terræ: Iudices ſeculi:* Dei *amicos ac domeſticos ab ipſo nimis honoratos. i. duodecim diſcipulos, quos* CHRISTVS Apoſtolos *nominauit. Hos autē præſignarūt duodecim filij Iacob. 12. fontes aquarum in Heli. 12. duriſſimi lapides ex medio Iordanis à luco ſelecti. 12. Terræ ſanctæ exploratores. 12 præfecti operum à Salomone conſtituti. 12. leunculi ſtantes in Throni Salomonis gradibus. 12. boues mare tēpli Dei tenētes. 12. Prophetarum oſſa pullulātia. 12. horæ ueræ diei. i. Chriſti. 12. Cophini fragmentorum. 12. Margaritæ & precioſi lapides ciuitatis ſanctæ, ſicut D. Tho. deſcribit.*

In horum medio vitem pulcherrimam floribus ſuauitatem odoris ſpirantem, fructus ferentem vberrimos, Viridesq; palmites ſuper illos protendentem, & obumbrantem, conſtituimus. Hoc autem ſigno commonemus inſpicientes legenteſq;, Apoſtolos *palmites fuiſſe, & viti, Chriſto videlicet inhæſiſſe, & exinde multum fructificantes, ſicut olim prædixerat illis* Saluator *noſter.*

Patriarchas ſecus Apoſtolos *poſuimus, vt patres veteris teſtamenti, velut ſanctiſſimi, ac Deo chariſſimi Patribus noui teſtamenti penè coniungantur. Patriarchæ autem*

Apoſtolos

Apostolos tempore præcesserunt. Ueruntamen ab eisdem Apostolis, officio & dignitate p̃celluntur. Hos Patriarchas vestibus cælestem colorem præseferentibus induimus: quibus eorum in terris cælestis conuersatio & vita signarentur.

Inter Patriarchas Ilicem posuimus. Nam ad Ilicem Mambre Abraam Patriarcha Deo dilectissimus tres Angelos vidit, & vnum adorauit, ac mysterium Trinitatis agnouit. illos hospitio recepit, & de Messia fælicissimã promissionem accepit. Huius ergo Ilicis depicta species, tot nobis mysteria pandit: hac hospitalitate Patriarchas insignes fuisse commemorat: nosq; admonet talibus hostijs promereri Deus. Item ilici therebintum adiunximus: propterea quia Abraã sanctissimus nepos Patriarcha Iacob, idola subter Therebintum infodit, vt Dei ad se loquentis imperium ad impleret: quod fidei sincerissimæ Patriarcharum, & maxime Iacob inditium extitit. quæ arbor sua extentione amplitudinem meritorum Patriarcharum ostendit. sub quarum vmbra, per imitationem degentes ab vniuersa huius mundi aeris intemperie protegentur.

In tertio coetu & loco sanctos illos homines, ad uetus testamentum pertinentes, locauimus: quos prophetiæ donũ decorauit, ac excelsos constituit. Qui propter iustitiam persecutionem passi, & propter veritatem eorum multi mortem sustinentes: Excellentis victoriæ vel certe martirij coronã adepti sunt. De his autem Prothomartir Stephanus dixerat, Iudæorum exprobrando duritiam, atq; sæuitiam. Quẽ prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Et Seruator

illis

illis comminando, dicebat. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.

Hos tanquam victores in tribulationibus pro Deo & veritate æquanimiter toleratis, & eorum multos hijsdem de causis, morte etiam violenta percussos, sub oliuo degentes posuimus.

Martires rubro vestimento circumtecti, & quasi proprio sanguine rubricati sub palma euidentißimo victoriæ signo ponuntur. Nam clarius celeriusq́ cælum intuentes, et victoriæ præmia propius prospicientes, post mortem, ad cæli lucidißimas sedes euolauere. Palma ergo quæ insigne ac nobilißimum est victoriæ signum, Martirum noui testamenti excellentis victoriæ splendorem, gloriæ coronam, Martirij aureolam, & certaminum vniuersorum præmia proximiora demonstrat: nam pro Deo occisi Prophetæ ad Lymbum Sanctorum descenderunt. At martires nostri agone fælicis mortis expleto, illico assumuntur in cælum, vt ibidē gloria perfruantur æterna.

Sequuntur Sancti Confessores, quorum multi doctores extiterunt. Qui doctrina et vita cælesti communiti: quasi Cipressus exaltati sunt supra Dei populum: quem virenti pabulo pascentes, æternam docuerunt sperare salutem.

Virgines Deo dicatæ, lilijs fragrantes & rosis, sub malo granato: cuius similitudinem tanquam CHRISTI *sponsæ retinuerunt. vt Cant. 1. significatur: choreas ducētes considera. Harum aliquas indumentis albis virginitatem signantibus, vestiuimus: reliquas ob sanguinem ob* CHRI-

STI *amorem effusum, rubricatis induimus.*

Sancti, qui in veteri testamento floruere, in fronte Thau signati: positi sunt in sexto circulo, sub viridi lauro. Nam hoc in mundo velut spe longa concertantes, & è vita sublati: itidem sub spe in sinu Abrahæ, id est Sanctorum Lymbo reclusi perseuerauere.

Retro dextrum CHRISTI *armum, sunt Innocentes, qui pro eo occisi ab Herode fuerunt. Retro autem stãt: quoniam velut virgines virginem* CHRISTVM *sequuntur non solum munditia decorati, sed proprio etiam rubricati sanguine. Hi rubeis floribus ornati sunt.*

Retro sinistrum armum, illos posuimus infantes, qui circuncisione in veteri, & baptismate, in nouo testamento signati sunt. hos floribus albis lilijsque redimitos cernes.

In vltimo circuitu secus Ciuitatis supernæ excelsa mœnia, turbam innumerabilem conspice; de qua: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, stantes ante Thronum.

Demũ murorũ Ciuitatis prædictæ Ierusalẽ, latitudinẽ altitudinẽ atq; longitudinem æquales esse considerato. Horum murorum structura ex Iaspide constat. fundamenta eiusdem vrbis, ex duodecim preciosis lapidibus, videlicet Iaspide: Saphiro: Calcedonio: Smaragdo: Sardonio: Sardio: Chrysolito: Berillo: Topatio: Crysopasio: Hyacinto: Amethisto. in qua & in murorum structura

12. portæ


12. portæ sunt, quas singulas singulæ exornant Margaritæ. Platea Ciuitatis ex auro mundo simile vitro perlucido. Hæc autem omnia, dum in altum volat Aquila cælestis et vidit & testificata est.

Schalam, quam ante Paradisi fores posuimus, illam esse considerato, quam Iacob raptus somno vidit. huius schalæ gradus: diuersæ sunt in mundo creaturæ, specie & perfectione diuersæ. Hos creaturarum gradus diuersos, Angelici spiritus ascendentes & descendentes gubernant, atque custodiunt. quibus creaturarum gradibus intellectis, ad Dei supremæ causæ cognitionem, qui in cælis habitat, peruenimus, ui dixit D. Paul. inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & cætera. Hæc autem cognitio, si fide augeatur & illustretur, Charitateque ornetur, & perficiatur, cælestis nos regni hæredes constituet, & diuinæ consortes gloriæ efficiet. Verum.n.uero quoniam quatuor elementa, & vndecim cæli totius orbis cum Angelis tamen principales partes existunt: ideo prædicta huius nostræ schalæ gradus existunt: supra quos gradus spiritualis profectus nostri pedem ponimus, cum supra illos, per quoddã donum, vel per quãdam societatem, (vt cum Angelorum gradum pertingimus) ascendimus, vt Deo in vita coniungamur æterna: Supra terram, quæ primus nostræ schalæ gradus existit, ascendimus, dum corpus ieiuniјs, vigilijs & cæteris similibus terimus. Tu per cæteros prædictæ schalæ gradus, simili modo discurras.

Ad hanc Ciuitatem nos dignetur perducere ille à quo omnis nostra salus dependet. Qui & mirabilis est in maiestate sua, terribilis atque laudabilis & faciens prodigia, & in sanctis suis admirandus existit. & hac in Ciuitate magnus & laudabilis nimis inuenitur, Deus scilicet, per omnia benedictus.

Sequitur Figura Ciuitatis Sanctæ.




SE.RA
PHIN
ARBOR
VITE
.CHER
VBIN
IR
IS
THRO
XPI
THR
ONI
FONS
VITE
SEDES
VIRGINIS
INNOCEN
INFANTES
VIRTVTES
POTESTA TES.
PRINCI PATVS
ARCHAN GELI
ANGELI
APOSTOL
PATRIA RCHE
HEBREI SANCTI
TORRE
NS VOLV
PTATIS
PROPHE TE
MARTIRE S
CONFES SORES
VIRGIN ES
TVRBA
INNVMERA
BELIS SAN
CTORVM

CArmina hoc in loco interserenda: quia iterum posita sunt, post carmina de octaua sphæra, pagina 28. vbi incipit, At globus empyreus &c. vsque ad finem: consulto dimisimus, ne eadem sæpius repetamus.

Cap. 6. de vsu amplissimorum locorum.



Timur locis prædictis, modo infra dicēdo. Locamus enim rem primo recensendam vltimo loco, verbi gratia, in vltima inferni parte in puteo. s. & deinde alias in locis superioribus succeßiue ponimus: vsque dum ad Dei solium perueniamus, præpostero etiam ordine procedere possumus, vt .s. incipiamus à superiori loco, & ab illo in inferiores ordinate descendamus: vel alio modo. s. à loco medio ascendendo: vsque ad supremum, vel descendēdo vsq; ad infimum: prout locandæ figuræ, ac memorandarum species exigunt: vel etiam comminiscēdarum rerum ratio expostulare videtur. Si enim in sermonis tui principio, pro memorandæ rei signo, locandus sit Angelus: in Cælo potius quā in inferno est eius imago ponenda. Alia deinde alijs in locis sunt succeßiue & ordinate, constituenda.

Et quamuis locis quibuslibet non omnia memoranda, nec vniuersæ memorandorum figuræ, (quas locare volueris) conueniant: arte tamen & exercitio, & vehemēti imaginatione ita id poterimus comparare, vt cuilibet loco rem omnem, cuius meminisse volumus, eiusq; propriam figuram

inuenire

inuenire & accommodare sciamus. Quod fieri et experti sciunt, & manifeste fatentur. Cuius autem imagines contra naturam & esse rerum aut artem vel vsum, ab imaginatione locata sunt, frequentius oportebit repetere, vt exercitio assequamur, quod longe à naturali ordine rerum conspicimus à nobis esse locatum.

Vt autem locis figuræ ponendæ conueniant (quoad fieri potest) satagere oportet: vt si figuræ quinto loco ponēdæ sexto potius loco conueniant, magis ibidem in sexto ponantur. Et quæ in sexto alias reponi debuerāt, in quinto collocētur.

Hoc autem dixerim, si permutationē hanc repetendarum rerum ratio patiatur: sicuti in aliquarum rerum discursu fieri contingit. Siquis enim duodecim ieiunij fructus dicere proposuerit, refert nihil si quintum Sexto præponat, vel post ponat absolute loquendo: Absolute inquam, quoniā aliquando (quamuis raro) in consimilibus ordinem dicendorum cogimur obseruare.

In vsu etiā prædictorum amplissimorum locorum, illud oportet animaduertere: necessum nequaquā esse, vt in una eademq; oratione, vel concione, uel lectione, vel alia rerum recitatione prædictis omnibus, & singulis utamur locis. Tot enim loca sumenda dicimus, quot pro figuris ponendis sufficere possunt, aliaq; linquenda. Si enim paucorum meminisse volueris: sat tibi erit aliquando solum principalia sumere loca absque eorum partibus. verbi gratia sumere infernum pro vno loco tantum, Purgatorium pro alio &c. Vel poteris sumere locum vnū principalem, verbi gratia infernum,

cum

cum suis partibus pro tot locis, & alia linquere, quæ forsan vice alia, (cum multa in dictis locis reponere volueris) maximo commodo erunt. Quæ autem signa sint his locis ponenda, infra dicemus.

Cap. 7. De locis amplioribus diffinitione, numero, partitione & usu.



Oca communia ampliora illa sunt, quæ in amplißimis continentur, et ipsa suis in partibus, ampla loca, Mediocria, Minora, & Minima quæque contInere possunt. Loca autem talia, sunt hæc. Regiones & prouinciæ: secundo Paradisus terrestris: tertio Itinera ab una in aliam Prouinciam vel Ciuitatem: quarto Montes & omnes colles: quinto Planities: sexto Possessiones: Septimo Villæ: Octauo Fluminum decursus: nono Stagna cum eorum circuitu. Quo ad partitionem horum locorum in partes: quæ partes pro tot deseruient locis, quod quilibet eorum diuiditur, asserimus. Et quo ad primum Regionum & Prouinciarum partes poterunt esse Flumina: Stagna: Siluæ: Tractus, & spacia terrarum sterilia: culta quoque pinguia atque fertilia loca: Ciuitates: Castella: Pagi: vel vici: Possesiones insignes: dominia diuersorum Principum: Montes maxime nominati. Viæ celebres: Balnea: Planities.

Paradisi Terrestris partes, illæ poterunt esse, quas sacra scriptura in eodem esse commemorat. Ut multitudo lignorum

rum fructiferorum, pulchrorum visu, & ad vescendum suauium.

2. Lignum vitæ in medio Paradisi.

3. Lignum insuper scientiæ boni & mali.

4. Fluuius, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomẽ vni Phison: Nomen secundi Gion: Nomen tertij Tigris: Quartus Eufrates. ex Gen. secundo.

Multa præterea in eo loca poteris imaginari, nec inconuenienter, vt lætissima nemora, vt amœnissimos montes, florentes agros, ridentia prata, pulcherrimas planities, cæteraq; similia.

3. Omne iter ac via ab vna Prouincia, vel Ciuitate in aliam suas partes habet, & sunt Possessiones celebres: Ciuitates: Castella: villæ: Pagi: Aedificia insignia: Hospitalia: ecclesiæ: montes: planities: fluuij: Biuiũ: triuiũ: Stabula diuersa: Quælibet caupona. Quælibet officina & apothecha; Quæque aliaq; nobis euntibus per illam vel redeuntibus obuiant, & occurrunt, vt lapidum aceruj supra deprædatos peregrinos comportati: Pontes: Siluæ: illæq; maxime, quæ insidiantibus latronibus, latibula sunt. loca insuper Sterilia: Fertilia etiam & fructibus accommodata.

4. Montium colliumq; sectiones ab eorũ inferioribus partibus incipiendo, sunt flumina vel omnes ad eorum radices: Torrentes ex ipsis in ima fluentes. Etiam ea, quæ in eorum ascensu vel descensu occurrunt, vt Domus, Palatia, Ecclesiæ: Monasteria: aliaue ædificia. Insuper possessiones, horti, pomeria, nemora, siluæ, Supercilium montis: eius cacu

men. Insuper fontes, putei aquarum: Decipulæ & foueæ ad capienda animalia. Loca laqueorum venantium, omneque memorabile, quod occurrit in illis.

5. Planitiei partes, Domus, ædificia, horti: Lacus: Lacunæ: Fluuij cæteraque.

6. Possessiones habent suas partes, Domus: agros: vineas: Siluas: Olineta: Fructeta, Aucuparia vel aucupatoria loca, Semitas, fontes, torrentes. &c.

7. Fluminum decursus partes sunt: Latitudo, Angustia, scopulosus descēsus. Molendina, Piscinæ Arbores circumquaque: loca Piscantium.

8. Stagnorum partes possunt esse tot, quot maris, de quo supradiximus præterea Portus: Sinus: Ciuitates: Castella: mirteta: Olineta adiacentia, loca piscantium. Quo ad vsum.

9. Loca autem hæc omnia, quæ ampliora sequentibus vocamus, nobis notißima esse debent, quæ loca, & locorum partes, si minime nouisti vel vidisti, similia ijs confingere licebit, vt Cicero dicit.

Usus autem talis est, vt his in locis, naturales figuras (quæ ibidem sunt vel esse de facili poßunt,) vt plurimum ponere studeamus, sicut supra de amplißimis locis diximus.

Cap.

Cap. 8. De locis communibus ampliss. & partitione, & vsu, & diffinitione, & numero.



Oca communia ampla sunt, quæ in amplißimis continentur, et ipsa etiam continent in suis partibus alia loca. s. minora & minima. Sunt autem hæc & similia: Ciuitas quælibet: oppidum; Castellum, Pagus, vicus quilibet. Horum autẽ partes, et similium poterunt esse hæ et similes. Portæ et quilibet introitus ĩ ea, et ad ea ipsa: Diuersoria, diuerticula ĩ ipsis: putei publici, fontes, Statuæ, Plateæ, Columnæ, Porticus, Forum, Theatrum, Domus, Iudicij et Ecclesiæ, Aedificia, Hospitalia, Locus officinarum, Arcus insignes, Testudines ædificiorum, Arces, Arietes, Propugnacula.

Quo ad vsum, notãdum, quòd horũ locorũ partes principales, tibi notißimæ sint, sicut & aliàs de alijs diximus. Illud est etiam curandum maximopere, ne circum eundo ciuitatem, vel alia huiusmodi loca, & statuendo particularia loca in eorum partibus & figuras in ipsis locando, per eadem loca particularia pluries pertranseas: ne loca & locandæ figuræ propinquitate confundantur. licebit autem si per trãsisti ab una extremitate, vel latere alicuius Plateæ, uel viæ, deuenire circumeundo in extremitatem oppositam & eregione sitam, vel a latere positam loci prioris.

Loca autem ista v.g. Ciuitates, non debent esse magnæ, sed paruæ, vt melius pro locis deseruiant: magnæ etenim notæ non ita sunt nobis, sicut & paruæ. At si volueris ma-

gnis ciuitatibus vti (quoniam tibi ſaltem notæ ſunt, qui.ſ. paruarum notitiam minime habes) ſume in illis vias principaliores: & inſigniora ædificia: Forum aliasq; partes et loca notiora, dimiſsis alijs. Quo ad vſum.

Hæc loca ſicut ſuperiora omnia congrua ſunt reponendis figuris omnibus naturalibus, quæ ibidem ſunt, vel poſſunt ibi eſſe: Naturalibus autem figuris, quæ ibidē non ſunt, nec naturaliter eſſe poſſunt: Inſuper & artificialibus, & imaginarijs, non ita, ſed minus conuenientia ſunt. Attamen induſtrius homo, & ad imaginandas figuras locis conuenientes idoneus, omnibus quibuſlibet locis ad quæcunque memoranda poterit vti: vt apud expertes exploratiſsimum eſt. Ad quæcunque ergo memoranda comminiſcendasq; res omnes, figuris mediantibus aptiſsima ſunt loca prædicta, ſicut præcedentia omnia, & ſubſequentia.

De locis communibus mediocribus, & de eorum diffinitione, numero, partitione & vſu. Cap. IX.



Oca communia mediocria ſunt, quæ in ſupradictis aut continentur, aut contineri poſſunt, quæ & alia loca.ſ. minima poſſunt continere: et ſunt Cænobia, Eccleſiæ, Palatia, Domus mediocres, Aedificia alia, Plateæ, Diuerſoria, Diuerticula, Viæ.

Cænobiorum, inferiores partes ſunt: Clauſtra, Capitulum:

lum: Scholæ. Officinæ: Refectorium: Cella uinaria: Horti, &c. & hæ partes suas habent. Quælibet enim mansio diuiditur in quatuor angulos: & omne etiam insigne in talibus mansionibus positum potest seruire pro loco, vt porticus, vt statua, vt scala &c. Cænobia habent partes superiores, & sunt dormitoria, Bibliothecam, & alias mansiones præter cellulas fratrum, quæ ob nimiam infra se ipsas similitudinem difficillime pro locis deseruiunt: similitudo enim mentem errare facit: & ex hoc loco in alium sibi similem transmeare: quod experientia millies comprobatum est.

At si quispiam eis vti voluerit, in ostio cuiuslibet illarum signum aliquod ponat, quo una ab alia differre videatur. Signa autem hæc imaginaria erunt, & inibi habitantibus (quoad fieri potest) conuenientia, vt memoriam magis excitent ostium, verbi gratia, Sacristæ hoc modo poterit obsignari. Appendam per imaginationem in eius ostio clauium multitudinem in catenula ferrea infixam: quæ catenula etiam per foramen alicuius Spherulæ ligneæ vel marmoreæ transeat, vt melius tot signa memoriam excitent. In ostio Sindici pones librum rationum mathematicarum, vel ratiocinationum prouétuum conuentus vel Cænobij. Et sic de cæteris cellulis officialium. Alijs autem cellulis priuatorum fratrum vti, & eorum ostia signare, difficile aliquantulum erit. Verum enimuero ipsis etiam vti, & eas signare poterimus. In vno enim ostio imaginare, quòd sit inscriptus numerus talis cellæ. In altero, quòd sit nomen fratris inhabitantis: In alio, quòd aliquis sanctus sit depictus, & cæ-

tera

tera similia in illis ponere vales, quæ ibi aliquando sunt, vel facile esse possunt. Accidunt sæpe sæpius multa in hoc vel illo loco, quæ pro signis tibi poterunt deseruire, vt patet. Signum etiam memorabile erit: quia aliquando vidisti in isto vel illo loco fratrem in terra cecidisse, vel uas rupisse, vel oleum effudisse: vel similia eo in loco contigisse.

Ecclesiarum partes sunt gradus ante portæ introitum, Porticus et vestibulum, si adsint: Portæ, Vascula lapidea vel marmorea aquæ Sanctæ, quæ introeuntibus primo occurrunt. Anguli principales: Sacella singula: aliaue, quæ diuersitatem in sua figura & dispositione & magnitudine præseferant. In quolibet autem sacello habes quatuor Angulos ordinate: & Altare & medium sacelli, quæ omnia pro tot deseruient locis: Spacia itidem inter prædicta Sacella tot loca dabunt: Columnæ: Sepulchra insigniora: quæ in pariete existentia, foris supereminent. Sepulturæ æreæ uel marmoreæ ĩ terra cæteris insigniores. Sculpturæ: Picturæ: fenestræ principales: Postica: Gradus presbyterij: Altare maius: chorus cum angulis & vmbone: Organa: Præsepe: aliaque insignia, quæ ibi extiterint: partes sunt Ecclesiarum.

Palatiorum & Domuum partes, ostia principalia, & omnes mansiones cum angulis suis, & omnibus rebus insignibus in ipsis existentibus, verbi gratia, columnis, imaginibus, Sculpturis, Mẽsis, sedilibus, Mensa dispensatoria, Camino, Ostiolis, Ablutorio, Stratis, & similibus alijs: fenestris, Armarijs, Capsis &c.

Platearum pagorumue partes sunt plures officinæ vel

contiguæ vel ſeparatæ, Putei, fontes, exitus viarum, Sacella Eccleſiarum: & Palatiorum: & Domuum, aliorumq́ ædificiorum facies extrinſecæ: Columnæ: Statuæ, & quæ ibi ſunt, &c.

Quo ad vſum, loca hæ inter omnia alia ſuperius dicta, optima ſunt ad omnia locanda. Hic animaduertas, quæ ſupra de ciuitatibus loquendo notauimus, ne.ſ.in eadem loca particularia bis incidas, circumeundo manſiones, & ne ſtatuendo varia loca in vna eademq́ manſione vel domo, nimis appropries locis iam à te poſitis vel conſtitutis, & tuis iam replendis figuris & imaginibus; ne confuſionem ingerani menti loca iam ſibi propinqua, & ne imagines ibi à te reponendæ ſe comprimant.

Cap. 10. De locis communibus minoribus, diffinitione, numero & vſu.



Loca communia minora: minima, de quibus infra continent, vel continere poſſunt, vel realiter vel ſecundum imaginationem. Hæc autem poterunt eſſe omnes officinæ diuerſorum artificum: quarum multas infra ponimus ſecundum Alphabeti ordinem: plures.ſ.ſub qualibet ipſius litera, vt ex eis ſumamus quas & quot fuerint nobis neceſſariæ. Poſſumus autem ſumere Viginti officinas, ſub qualibet litera vnam quarum vna quæque loca quinque dabit, vt infra dicemus. ex quibus centum loca pro memorandis, figuriſque

reponendis

reponendis habebimus; quæ sat erunt nostro negocio. Plura autem his habere necesse non est, neq; tutum: ne locorū multitudine nimis grauetur memoria.

LOca autē hæc sæpe mente inuisere, et imaginatione percurrere opus est, vt familiaria nobis fiāt, quo ad fieri potest, & eis faciliter vti possumus, ibiq; nostras collocare figuras, pro rebus memorandis quandocunque voluerimus.

Sequuntur diuersorum artificum denominationes, secundum Alphabeti ordinem, quorum officinis pro locis minoribus vti mur. Sunt autem infrascripti.



ARchitectores, Aromatarij. Alutarij i. Coriarij. Aurifices, acupictores, uocātur Phrygiones, qui aurum & colores vestibus, intertexunt.

Bractearij, qui bracteas faciunt, quiq; aurum, malleis tusum, et ad quāuis tenuitatem ductile, rebus inaurādis reducūt. Balneatores, Balnearum ministratores. la Stufa.

Chirurgi Medici uulnerarij. Cæroplastæ: Cærearum imaginū Artifices. Cinerarij & Ciniflones dicuntur, Tonsores, Calceolarij qui calceos consuunt et conficiunt, Coriarij, Crepidarij, Fabrilignarij, qui Carpēta conficiunt.

Dulciarij. Pistores. Placentarij. Dardanarij dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, vt charius postea vendant.

vendant.

Essedarij dicuntur fabri essedorum vehiculorum.

Farctores, qui farcimina faciunt, ex insecta carne et adipe.

Ferramentarij: Ferramentorum Factores: Furnarij.

Gangabæ, qui humeris onera portant: Gemmarij: Gemmarum venditores.

Horrearij, Custodes horreorum dicuntur.

Institores, rerum delicatarum venditores, & negociatores.

Librarij, Lanarij, qui lanas curant.

Mensarij, Trapezitæ, *Molitores, qui vulgo, Molendinarij, Macheropij gladiorum fabri.*

Nouacularij, qui nouaculas, seu rasorios cultros conficiunt.

Odorarij, *qui odores conficiunt, & vēdunt, Oencopolæ, qui taberna vini expo nunt, Organici, Organorum aurifices.*

Pigmentarij, qui pigmēta vendunt aut conficiunt. Pistores, seu Pinsores dicuntur Furnarij, Pharmacopolæ medicamentorum uēditores. Plumarij, qui acu pingunt seu polymitarij.

Ratiarij, negociatores, qui ex ipsa rate quæstum faciunt.

Salsamētarij, Salsarij uēditores ciborum, sale conditorum, & Sellularij sedentarij, qui opus aliquod ad sedēdum conficiunt. Statuarij, qui statuas fingunt.

Thelonarij, et Thelones, dici possunt tributorum collectores.

Vulnerarij, qui & Chirurgij. veteramētarij, qui ueteres uestes calceosque reficiunt.

Si autem alicui placuerit officinas diuersas secundum eundem Alphabeti ordinem vernaculo habere sermone, vt occurrant facilius, ex intrascriptis, quas & quot voluerit sumere poterit.



Rmaruolo. Agguindolatore di seta, Accauigliatore, Arrotatore, Abbaco, Aguchiatore.

Banco Battiloro, Berrettaio, Barbiere, Beccaio, Bicchieraio, Bottaio, Banderaio.

Cappellaio, Cartolaio, Calzolaio, Ceraiuolo, Cialdonaio, Calderaio, Coltellinaio, Ciambellaio.

Dipintore, Dogana.

Fabbro, Fornaio. Forbiciaio, Filatoio, Fondaco, Fornaciaio.

Gioielliere.

Hoste, Horiolaio.

Imbiancatore, Intagliatore.

Lana, Lanaiuolo, Linaiuolo, Lanternaio, Lanciaio.

Maniscalco, Magnano, Merciaio, Muratore, Miniatore, Mugnaio, Materassaio.

Notaio, Notatore.

Orafo, Oliandolo, Ottonaio, Occhialaio, Ortolano.

Profumieri, Pizicagnolo, Pelliciaio, Pollaiuolo, Pescheria.

Quoiaio.

Ricamatore, Rigattieri, Riuenditore.

Sculptore, Scarpellino, Setaiuolo

iolo, Sarto, Spetiale, Spadaio, Sellaio, Segainolo, Sarzgiaio, Seggiolaio.

Teßitor di pãni, di drappi, d'Arazarie, Tinta,

Treccone, Torniaio, Tirazoio, Tiraferro, Tiraloro.

Velletraio, Vasaio, Vaiaio.

Zoccolaio, Zecca.



QVo ad vsum vtimur locis prædictis frequentius alijs supra positis, cum pro memorandis occurrentibus aptißima inueniantur. propterea, quia in eis habemus loca familiaria, et notißima nobis, & quæ sensum excitent, & fantasiã moueant, tum propter diuersitatem instrumentorum & varietatem vendibilium, q̃ inibi sunt, tũ propter operationes, q̃ ab Artificibus exercẽtur in ipsis. Quæ loca etiam ad figuras inuestigandas & simulachra inuenienda pro diuersis memorandis commodißima sunt, eo quod varijs naturalibus rebus aliquæ istarum apothecarum artificialibus omnes: vtrisque simul multæ plenæ inueniantur; quibus omnibus, prout fuerit opus, pro notis atque figuris optime poterunt deseruire.

Ordo autem in eorum vsu est, vt prius assumas officinam, cuius nomen incipit à prima litera. s. A. secundo officinam sub secunda litera, & sic deinceps. v. g.

Prius pro locis particularibus comparandis sumas, hanc officinam Armaiolo, vel aliam, prout volueris, sub eadem litera incipientem. post hanc aliam Barbiere, vel aliam ut uolueris eiusdem litteræ: et sic deinceps sumas, tot quot tibi

fuerint necessariæ.

Quæ si non inueniantur in Ciuitate vel Terra hoc ordine digestæ, & hoc situ dispositæ & fabrefacta: possumus eas nostro marte disponere & ordinare: & earum multis modis prædictam dispositionem, & ordinem Alphabeti reminisci.

Primo, si literarum Alphabeti ordinem sic mente retineamus, vt post talem literam, verbi gratia. A sciamus, quæ sequatur, verbi gratia, B. & sic deinceps. quarum si recte ac celeriter reminiscamur, subito officinæ quorum nomina sub ipsis literis incipiēt, occurrēt, exēpli. g. recordor literæ. A. subito occurret officina illius literæ, quæ est in tali Ciuitatis loco, puta platea: vel foro, vel via. Deinde post. A. scio quòd sequitur. B. tunc occurrit officina alia, literæ p̄dictæ. B. quæ forsan in alio loco Ciuitatis erit, quæ si forte contiguæ essent: melius, & velocius reminisceremur earum, et sic de alijs omnibus.

At si aliquæ prædictarum Apothecarū, diuersorum tamen artificum simul & contigue in rei veritate, in Ciuitate aliqua extiterint: velocius earum recordaberis, absque hoc, quòd pro ipsis inueniendis ad literas earum cogaris confugere, quibus ad officinas manu ducaris.

Secundo. prædicto ordine Alphabetico Officinarum diuersarum recordabimur, si per imaginem vel etiam picturam in vna magna mansione vel duabus, vel etiam pluribus ordinate et successiue plures artifices diuersarum artiū sub qualibet litera vnum, quos nouisse oportebit, ponamus.

mus. Artifices autem in duas proprijs vestibus & habiti=bus: Isti aliquod, vel aliqua suæ artis instrumenta in mani=bus teneant. Quorum omnium artificum quolibet eorum ui so ab imaginatione ad eiusdem officinam statim animus po terit euolare, ibique sua loca & positas imagines perlu=strare.

Tertio reminiscemur officinarum ordine iã dicto. s. Al phabeti, si earum nomina uel principia dictorum nominum, scilicet literas, à quibus ipsa nomina incipiunt, in parietibus vnius vel plurium mansionum literis, & caracteribus ma-gnis scripserimus vel atramento, vel rubeo colore, vel alio: aut etiam opere cælatorio sculpserimus, uel cereis literis, vel alterius rei caracteribus in angulis mansionum, uel certe interstitijs parietum inter angulum, & angulum alicuius mansionis impreßerimus. Vel saltem si talia nomina uel ea rum principia scripta vel sculpta esse in prædictis mansioni bus imaginati fuerimus. Quolibet autem viso nomine vel litera, ad eiusdem nominis vel literæ officinam in tali ciui=tatis loco positam, protinus transire poterimus.

Quarto viam mente confingere possumus, in qua cogitã tus nostri opere viginti fabricemus officinas, sub qualibet Alphabeti litera, vnam quam voluerimus, ordine alphabe tico. Quod faciunt multi, quos nouimus.

Iterum, si has officinas aliquo in loco, et quidem optimo multumq; memorabili fingere velis: duo fratrum claustra sumes, in quibus eas omnes locare poteris. Nam quodlibet claustrum tredecim officinas, vel saltem decem continere poterit:

poterit: In quolibet, scilicet angulo duas & in interstitio, sci licet inter angulum & angulum, unam (excepto interstitio illo, in quo porta vel quædam apertura fingenda est, vel per quam intro in meditullium claustri, mente ingredi & egredi possit.) Et iterum unam a sinistris, alteram a dextris p̄dictæ portæ uel aperturæ, hoc infrascripto ordine locabis. Ingrediendo enim prædictum meditullium à sinistris prope portã locabis vnam officinam, verbi gratia, officinam aromatarij: in sequenti angulo ponam aliam, verbi gratia, officinam Bractearij: in eodem angulo sed correspondenti alteri parti claustri aliam, puta Coriarij: in medio aliam: sic deinceps: vsque dum deuenias ad partem dextram portæ, per quam mente ingressus es prædictum meditullium, et intermedium claustri, quod sub dio est.

At notato, quòd omnes has officinas intra claustrum, quod coopertum est, ponimus, sed tamen earum aperturas versus meditullium disponimus, quod tanquam plateam, vel forum negociantium imaginato.

Quinto nomina vel eorum principia, elementa scilicet literarum, a quibus incipiunt in digitorum nostrorum articulis esse depicta vel scripta imagineris: vel certe ea calamo ibidem describas horæ vnius spacio permansura, quo ad vsque videlicet eorum vniuscuiusq; in tali articulo esse, vbi illud scripsisti & addiscas facillime reminisci. Hic autem modus optimus est, si dictarũ meminisse velis officinarum, secundum prædictum Alphabeti ordinem.

Notandum tamen, quòd si plures nouisti officinas eiusdem

dem artis, verbi gratia, plures aromatariorum officinas in varijs ciuitatis locis positas, derelictis alijs cogitatum tuum, & mentem in vna tantum obfirmes, quæ tamen omnibus alijs insignior tibi sit & notior.

Diximus obseruandum, quòd vnam tamen apothecam vel officinam habeas & teneas eiusdem artis, & literæ, et non plures, puta, si sub. A. litera habes officinam aromatarij, non sumas, nec quæras aliam sub eadem litera incipientem, verbi gratia officinam Alutarij. Et adiecimus, quòd ordo Alphabeticus obseruetur, vt post apothecã incipientẽ ab a, sumas aliam incipientem. à. B. & non incipientem à litera. S. vel D. Hoc autem ad eos pertinet, quòd vt recordentur talis apothecæ puta Cauponæ. C. tantum literam posuerunt. Qui enim posuit integrum nomẽ vel ipsum Artificem vel instrumentum illius artis, alteram etiam eiusdem literæ, puta Apothecã Coriarij poterit sumere, & alias etiam quot voluerit eiusdem litteræ. Item etiam post Apothecam litteræ. C. sumere poterit aliam, litteræ videlicet. S. vel T. &c. quia ratio sui ordinis non sunt Alphabeti literæ: sed Artifices & instrumenta eorum hic vel ibi disposita.

Si quis enim viginti officinas diuersas in vna eademq; via vel duabus nosceret esse sitas, non oporteret, imo officeret, ordinem Alphabeti retinere, & situm earum verum, & realem relinquere. Animaduertendum est, quod in vna via, vbi sunt multæ officinæ eiusdem artis, possumus, & debemus, vna sumpta, alias linquere, et ad diuer=

sas sequentes apothecas transmeare.

In vsu etiam eorum scire debemus, centum loca particu laria sufficere nobis, pro occurrentibus memorandis, Tot au tem loca. 100. videlicet in 20. officinis habere possumus. Quælibet officina quatuor Angulos habet & medium: qui anguli & medium quinque loca dant. viginti ergo officinæ hoc modo 100. loca dabunt.

Omnes officinas in vna Ciuitate vel oppido &c. si potueris, habeas, ne magna distantia obliuionem inducat, vel saltim tot harum habeas, quot pro vna lectione, vel oratione, vel recitatione occurrentis diei deseruire poterunt.

De locis communibus minimis, & diffinitione eorum, quę & quot sint in numero & vsu eorundem. Cap. II.



Oca communia minima sunt, quæ in omnibus alijs locis supradictis contineri possunt. Sunt autē multa: uolumus vero ponere plura eorum, quæ notiora sunt nobis: alijs prætermissis, & sub Alphabeti ordine claudere, vt quādo & quot & quibus voluerimus, vti possimus.

Hæc autem loca sunt homines, Animalia & Arbores.

HOmines autem sunt aut masculini sexus, & sic omnes viri, aut fæminini, vt mulieres.

1. *Quidam eiusdem nationis & regionis, vt Hispani. &c.*

2. *Alij eiusdem Prouinciæ, vt Tusciæ &c.*

3. *Alij eiusdem Patriæ, vt Florentiæ.*

4. *Alij eiusdem Cognationis.*

5. *Alij eiusdem Patris.*

6. *Multi eorundem vel similium diuitiarum.*

7. *Multi similis Nobilitatis.*

8. *Alij similis Dominij.*

9. *Alij similis pulchritudinis.*

10. *Similes Ingenij.*

11. *Eiusdem religionis.*

12. *Eiusdem affectionis & factionis.*

13. *Eiusdem inclinationis.*

14. *Eiusdem professionis & artis mechanicæ.*

15. *Eiusdem artis liberalis.*

16. *Eiusdem scientiæ.*

17. *Eiusdem virtutis.*

18. *Eiusdem vitij.*

19. *Eiusdem habitus.*

20. *Eiusdem Infortunij vel Eufortunij.*



Nimaduertendum, quòd secundum quamlibet conditionē hominum, poteris formare ac scribere Alphabetum nominum eorum hominum eandem conditionem habentium, verbigratia hominum alphabetum, in quo sint nomina hominum, qui habuerunt talem vel talem conditionem, nobilitatem, vel diuitias &c. Hortamur autem huius artis cupidos, huius modi coordinationes hominum diuersarum conditionum formare, & præ manibus habere. Quos autem fructus, quæ ve commoda sint percepturi, qui coordinationibus prædictis aliquantulum inuigilauerint, tacere uolumus. Fructuum enim horum esse præcones eos dumtaxat volumus, qui huius non sunt artis expertes, vel infuturum moramur eos, qui eiusdem artis exercitio nauarint operam.

In coordinationibus autem prædictis solum homines illi scribantur, quorum notitiam habes, vel quia eos vidisti, vel quia plura de illis audisti, aut quia multa de ipsis legisti, aut certe quia eorum imagines pluries conspexisti. Propterea vtilissimum erit dicta scripta, gesta, vitamq; prædictorum hominum, apud varios authores videre, maxime apud Diogenem Laertium. Cum enim eorum dicta vel facta cognoueris, erit haud difficile de eis aliquam figuram: similitudinem vel simulachrum cuiuslibet conueniens mente concipere & excogitare.

Coordinationū autē istarū aliquæ insigniores, vtiliores, et notiores hic infra à nobis ponētur, ꝑtermissis alijs quāplurimis: Lectores enim nostros ad Ioānis Rauisij textoris officinam

cinam remittimus, in qua diuersarum conditionum homi-num vberem copiam est videre.

Philosophi Alphabetico ordine.



Rriſtoteles, *Anaxagoras*, *Anaximander*, *Anaximenes*, *Archelaus*, Ariſtippus, Arceſilaus, *Antiſtenes*, Alemo, *Anaxarcus*.

Bias, *Bio*.

Chilo, *Cleobol'*, *Crito*, *Cebes*, *Crates*, *Crantor*, *Carneades*, *Clitomacus*, *Cleantes*, *Criſippus*, *Clearcus*.

Diodorus, *Demetrius*, *Diogenes Cinicus*, *Dionyſius*, *Democritus*, *Diogenes*.

Epimenides, *Eſchines*, *Euclides*, *Erillus*, *Empedocles*, *Epicarmus*, *Eudoxus*, *Epicurus*.

Ferecides, *Fedo*, *Filolaus*.

Glauco.

Hiparchus, *Hippaſus*, *Heracletus*, *Heraclites*.

Lacides, *Leucippus*.

Miſo, *Menedemus*, *Monimus*, *Menippus*, *Metrocles*.

Oneſicritus, *Oneagrus*.

Periander, *Plato*, *Polemo*, *Pythagoras*, *Protagoras*, *Parmenides*, *Pittacus*.

Solon, *Socrates*, *Stilpo*, *Simo*, *Simonides*, *Simiã*, *Speuſippus*, *Strato*.

Tales, *Theophraſtus*, *Temo*.

Zenophon, *Zenocrates*, *Zenocittacus*, *Zeno*.

Viri docti, & literarum amantissimi eodem ordine.



Lcibiades, Ausonius, Aristides, Aeschines,

Bularchus, Borsus, Bessarion.

Claudianus, Cicero, C*yclias, Cyrus poeta, Cato.*

Diagoras, Demosthenes.

Euripides.

Homerus, Hippocrates, Hermolaus.

Isocrates, Iulius Cæsar.

Ouidius.

Pindarus, Plinius Iunior, Petrarcha, Philo.

Quintilianus.

Sophocles, Statius.

Tucidides, Themistocles.

Tertullianus.

Terentius Varro.

Virgilius, varro.

Vespesianus

Medici excellentissimi ordine Alphabetico.



Pollo, Aesculapius, Aesclepiades, Arab, Anci*ranus, Auicenna.*

Basilius, Berosus.

Chiron, Cornelius Celsus, Crisippus, Cosmas & Damianus Sancti.

Dioscorides, Dexippus, Diocles.

Epiclamus, Erasistratus, Euforbius.

Galenus

Galenus.

Hermogenes.

Lucas. S. Euangelista.

Lycus Neapolitanus, apud Plinium.

Menecrates.

Nicas medicus. Pyrri.

Oribasius Sardianus, qui scripsit 72. libros medicinæ, Ocularius in Aegipto præstantißimus: Authore Herodoto.

Poeon, Petrielius, apud Plin. libro secundo, Prodicus Medicus, Esculapij discipulus, Philistion, de quo Gellius lib. 17. cap. xj. Podalyrius filius Esculapij.

Themison, de quo Plin. & Iuuenalis, Theombrotus, de quo idem. Thessalus, de quo idem,

Vestius.

Poetæ ordine Alphabetico.



Lceus, Aratus, Architas, Archilocus, Albius, Tibullus, Aurelius Prudētius, Aristophanes.

Bacchilides, Battus.

Cherillus, Callias, Callimacus.

Diodorus, Dioxippus, Diocles, Democlus.

Euripides, Euphronius, Epicrates, Eriphus, Ennius, Eudoxius, Eumenides,

Fabius Vrsinus, Faustus Galbus.

Germanus Brixius.

Homerus, Hippomax Ephesius.

Ideus Rhodius.

Lycophron.

Moscus Siracusanus, Menāder. Melitus.

Nestor, Nicostratus, Nicandrus colophonius.

Oppianus,

Oppianus, Orpheus crotoniata, Olympius, *Ouidius.*

Phocilides, Phormius, Philocles, *Pindarus, Propertius, Politianus, Pontanus.*

Quintus Catullus. *Q. Nonius. Q.* Atta. Q. Cornificius. *Q. Horatius Flaccus.*

Sappho, Stesicorus, Simonides, Sophocles, Sillinus.

Triphiodorus, Timocles, Thales, Thespis, Tibullus.

Virgilius, Voconius, *Victor Romæ floruit*, Adriano *Imperante, Venantius.*

Xenarcus.

Zenodotus.

Fortissimi fortitudine corporea.

A*Gatho*, Aristomenes, Athanatus, Attilius, Amelongus.

Bithon.

Cleomedes, Caccus, Cinegius, Carolus magnus, Corbulo florentinus.

Dioxippus.

Euthymius.

Firmius, Fuluius Saluius, *Fresicus.*

Gratianus, Glaucus.

Hercules.

Milo, Monicus, Maximinus. M. Seruilius.

Nestor.

Odenatus.

Peleus, Periclimenus.

Rhoetus.

Scinis latro, Sāson, Sabinus, Syrus, Scillis, Smerdis, Seleuchus. Skiodus.

Theseus, Titormus, Taurea *Iubellius*, Tritanus, Tideus, Telamon.

Vsso.

Alphabetum, Diuitum.

AEsopus Antiochus. Crœsus, Cæcilius, Claudius, Callistus, Camertes, Cyrus, Cæsar: C. Antonius. C. Galligula, Cisamis, Callicrates.

Dorilas, Dion, Dauid, Darius.

Eusobopes.

Galesus.

Herodes, Heliogabalus.

Iob.

Licinius, Lentulus, L. Luscius, Lucrius Aruernus.

Midas, M. Crassus, Murena, Mamurra, Minyas, Mænander.

Narcissus, Nicanor.

Pallas, Ptolomeus, Pythius, Bithinius perseus.

P. Claudius, Plinius Iunior.

Rhampsinitus.

Sycheus, Sylla, Seneca, Sesostris, Semiramis, Salomon.

Tarius rufus, Tantalus.

Volunx.



Historias autem prædictorum hominum in Alphabeto, & superioribus ordinibus positorum videre poteris apud Ioan. textorem in sua officina, Et apud Plin Et in vocabulario Ambrosij Calepini : & apud Vincentium Beluacensem.



E te pertranseat amice lector alia Alphabeta hominum a te cognitorum, formare posse, quæ quidem maiori commodo erunt, quam pracedetia: propterea quia tibi familiariora erunt. Quare hortamur, vt scribas Alphabetum hominum diuitum, quos tu nosti: aliud sapiētium: Aliud talium: militum &c. cæterarumq; conditionum, vt cum fuerit opus, ad ipsa recurras.

Quo ad partitionē eorū in partes suas: q̄ partes pro tot locis inseruiēt: Quod uniuscuiusq; conditionis homo in suas partes diuidatur, dicimus. Eius autem partes, hæ infrascriptæ & similes poterunt esse.

Membra & partes dextri lateris cuiuslibet hominis, incipiendo ab imo dextri lateris, sunt

1. Prima pars. Calcaneum, *Secunda cauum inferius.* Tertia *digiti, Quarta tota pars superior vsque ad collum imi pedis, & talos, et ligaturam eiusdem.*

2. Crus dextrum & eius partes, quæ sunt. Prima, collum pedis à talis vel ligatura, vsque ad suram exclusiue.

Secunda,

Secunda, tibia, quæ eſt os cruris.

Tertia Sura, quæ eſt caro eius poſterior.

3. Coxendix vel coxa dextra, cuius prima pars, à genu vſq; ad femur, ſecunda femur, quæ ſuperior pars eſt coxæ, à quo enſis dependet, quæ vſque ad cincturam procedit.

4. Latus, quæ pars à cinctura vſque ad inferiorem partem, ſub brachio, quæ proprie Axilla vocatur. Axilla ergo altera pars ſit, aliusq; locus.

5. Scapularum vna vel armorum alterum.i.humerus, oneri aptus.

6. Brachium & partes eius. Prima pars, quæ ab humero fluit vſque ad iuncturam in brachij medio. Alia pars à prædicta iunctura vſque ad aliam, qua ei coniungitur manus.

7. Manus alia pars eſt, Cuius portiones, Vola vel palma, quæ eſt media pars manus, & digiti, vel ſimul omnes vel diuiſim eorum ſinguli.

8. Genarum altera dextra ſcilicet. Tempus dextrum.

9. Auris dextra.

10. Membra ſiniſtri lateris tot erunt, quot in dextero numerauimus, ſcilicet decem.

Et primo auris ſiniſtra & cætera membra deſcendendo vſque ad pedem imum ſiniſtrum incluſiue inuerſo ordine, & numerando ſigillatim vnumquodque, ſicut aſcendendo fecimus.

Poſt iſta loca in homine, quæ particularia nominamus, quia partes ſunt hominis, ſumere alia in eodem poſſumus in-

cipiendo ab ambobus poplitibus , quæ sunt partes genibus oppositæ quæ curuantur: sic dictæ quòd post plicentur.

22. *Poplites ergo pro alio loco in homine.*

23. *Nates, quæ sunt conglobata caro versus os sacrum ad seßionem aptißima.*

24. *Lumbi, qui à natibus , vsque ad cincturam ascendunt , & à cinctura ad nates profluunt .*

25. *Cinctura ipsa.*

26. *Remphudines vel renes , quæ à cinctura vsque ad summitatem earum sub collo , ascēdunt, quæ diuiduntur in costas & spinam.*

27. *Collum vbi nerui.*

28. *Occiput, vel occipitium, quod est posterior pars capitis, in qua memoria.*

29. *Vertex vel corona vel summitas eiusdem capitis.*

30. *Frons anterior capitis pars occipitio opposita .*

31. *Vterque oculus .*32. *Nasus , & Nares.*33. *Os cum partibus, dentibus, palato lingua, faucibus. &c.*

34. *Mentum & barba.*35. *Guttur, Gula.*36. *Pectus , quod ex costis constat cum mammillis.*

37. *Stomacus, qui immediate sub pectore in cauo sub costis inuenitur.*

38. *Corpus cum vmbilico pro vno loco.*

39. *Ima pars corporis.*

40. *Gremium .i. coxendicum partes anteriores.*

41. *Genua, quæ sunt commißiones & coniunctiones femorum ac crurum. Sequuntur aliæ sectiones , & diuisiones*

membrorum

membrorum seu partium, & portionum hominis, incipiendo à partibus, quæ foris apparent, et procedendo vsque ad interiora.

1. *Capilli capitis, Pili aliorum membrorum.*

2. *Pellis cutis.* 3. *Caro.* 4. *Venæ.* 5. *& sanguis.*

6. *Musculi, qui sunt mollia.* 7. *Nerui, qui dura sunt, ligamenta.* 8. *lacerti ossa, et eorum medulla.*

10. *Arteriæ.* 11. *Pinguedo.* 12. *Panniculi.* 13. *Cerebrum. Sequuntur intestina quædam.*

14. *Lien, vel* Splen. 15. *Fel.* 16. *Iecur, vel hepar.*

17. *Venter, vel vterus.* 18. *Pulmones.* 19. *Cor, à quo Arteriæ.* 20. *Rete.* 21. *vesica.*

Sequuntur aliæ partes spiritualiores.

22. *Sensus communis.* 23. *Fãtasia.* 24. *cogitatiua.* 25. *Memoria.*

26. *Intellectus & potentiæ eius. s. intellectus poßibilis, intellectus agens.*

27. *Voluntas, quæ est ãppetitus rationalis*

28. *Anima tota vniuersaliter considerata.*

In pauciores & principaliores partes diuidere poteris hominem pro vt tibi pro occurrentibus memorandis necesse fuerit. Non enim tot hominis dimensiones, & portiunculas posuimus, vt ijsdem omnibus et singulis semper debeas uti: sed ad hoc tantum, ut neceßitatis tẽpore, quando multorum recordari volueris, locis abundes, vbi figuras multas reponere poßis.

De alijs locis minimis.i.de Animalibus & arboribus, Alia loca minima ſunt animalia & arbores. Cap.XII.

Ponimus autem ſub qualibet litera multa animalia, & Arbores, Alphabetico Ordine, ut ex multis ſub qualibet litera poſitis ſumamus unum Animal, vel Arborem quamcunque voluerimus notiorem nobis, & propoſito noſtro aptiorem.

Alphabetum Animalium.



Aper, Aries, Aſinus, Agnus, Aegonoceros.

2.*Bos, Bubalus, Bonacon,* Bonaſus.

3.*Camelus,* Capra, *Ceruus, Canis, Cuniculus, Cattus, Caper,* Centaurus, *Camelopardus*, Cercopitecus, *Caſtor.*

4.*Dromedarius, Dammula, Dromeda, Duran.*

5.*Equus, Elephas, Erinacius, Eale, Enchires, quod Tauro eſt ſimile.*

6.*Falena, Fiber, qui & caſtor dicitur. Furo, Furunculus.*

7.*Gali, Genetha.*

8.*Hircus, Hædus, Hyſtrix, Hyena, Hippolaphus, Hinnulus.*

9.*Ibis Innulus, Icinus, quod idem eſt quod erinacius. Inachlin.*

10. Leo, *Leopardus,* Linx, *Lupus,* Luſtra, *Lepus,* L*amia,* Leuiatam.

11. Mulus


8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20


TOTA SINISTRIS

11. *Mulus, Mula, Mã ticora, Monoceros, Mus quilibet, à quo muſcus generatur.*

12. *Ouis, Oricentaurus, Orix, Oraſius, Onager, Onocentaurus.*

13. *Pardus, Panthera, Porcus, Poephagus, Paeander.*

14. *Rhinoceros, Rhinocephalus. Rangiuer, Roſurella.*

15. *Simia, Sus, Storco, Chinea, Sciurus, Sphinx.*

16. *Taurus, Tigris, Tarãdrus, Taxus, Teſtudo.*

17. *Vrſus, Vacca, Vitulus, Veruex, Vulpis, Vrus Boſagreſtis in Germania.*

ANimalia autem prædicta & ſimilia his, diuiduntur in ſuas partes, quas eo ordine quo eas hic ponimus (uel alio, vt tibi libuerit, conuenienti tamen & memorabili modo) (quando fuerit opus) mente inuiſere & perluſtrare debes, vt ibi vel figuras à te poſitas cernas, & res, quas figuris illis commendaſti, tuo cogitatu extrahendo recipias.

AB ANTERIORIBVS PARTIBVS ANIMALIS INCIPIENTES.

1 *Prima pars vterq; pes imus, & crura cum genibus ſunt.*

2 *Pectus*	7 *Aures*	12 *Tergus*
3 *Guttur*	8 *Cornua ſi aßint.*	13. *Poſteriora tergoris*
4 *Os*	9 *Caput*	14 *Cauda*
5 *Naſus*	10 *Collum*	15 *Pedes poſteriores.*
6 *Oculi*	11 *Dorſi prima pars ubi oſſa.*	

Vel incipe à pilis ſicut ſupra de homine diximus.

Quo

Quo clarius hominis portiones cæterorumque animalium corporum mole spectabilium mente percipiantur, hic infra supra depicto: homines & animalia scripto & lineis distinctas inuenies: Insuper ibidem cernes quo ordine quarundam grandium auium (si velimus) aßignari debeant partes. Arborum etiam partes per anticipationem antequam enumerentur ipsæ arbores, posuimus, impressorum & imprimentium commodo condescendentes.

Sequuntur figuræ.




10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
12
13
15
16
17
18
6
5
5
4
7
8
2
1

Sequitur Alphabetum arborum, quæ pro locis & ipſæ deſeruient, & optimè quidẽ.





Bies, Acer, Agnus Castus, Amigdalus, Auellana.

Buxus, Bdellium, Baccus.

Cedrus, Cipressus vel Cupressus, aut Ciparissus, Castanea, Cerasus, Cidonia, Cedrus, Cornus.

Dipsacus, Dactilus.

Ebanus, Esculus.

Fagus, Fraxinus, Ficus.

Genesta, Genestula,

Hedera, Harundo.

Ilex, Iuniper.

Lentiscus, Laurus, Licios. Lothos, Larix.

Mirtus, Malungranatū, Malus cotonius, Mespilus, Mirabolanus.

Nux, Nux muscatā, pinea.

Olea, Oleaster, Oleomella.

Palma, Populus, Pirus, Pinus, Platanus, Persicus, Prunus.

Quercus.

Rosmarinus, Ramnus, Rubus, Robur.

Salix, Sicomorus, Sentix, Sorbus, Suber vel Suberies secundum Isidorum, Spina alba.

Tamarix, vel Tamariscus, Taxus, Tilia, Turbith.

Ulmus, Vimen, Vitis.

Alphabetum Arborum aromaticarum.

ALoes, Amomum.

Balsamus.

Calamus, Caßia, Cinanomum. Cyperus.

4. Fistula.

5. Libanus.

 6. Matir,

6. Matir, Myrrha.
7. Nardus.
8. Piper, Pistacius, Picea, a qua pix emanat.
9. Storax.
10. Thus, Therebintus.

Vulgari idiomate placet nobis ponere arborum multitudinẽ sub eodem ordine, vt facilius & promptius nobis (qui vernaculo sermone sæpius de eis mentionem facere solemus) occurrunt.



Beto, Alloro, Arancio, Arbicocco, Arbo ro, Acero.

Bossolo, Bdellio.

Cipresso, Cedro, Ciriegio, Corgnolo, Cerbezolo, Castagno.

Dattilo.

Ebano.

Frassino, Faggio, Fico.

Gelso, Ginepro, Giuggiuolo, Ginestra,

Helera.

Leccio, Limone, Lazzaruolo, Lentisco.

Mor tine, Mandorlo, Melagrano, Melangolo, Miliaco, Melo, Melocotogno, Melappio.

Nespolo, Noce, Nocciuolo.

Olmo, Ontano,

Palma, Pino, Poppio, Pero, Pistachio.

Quercia.

Ramerino, Ruuistico, Robore.

Salcio, Sicomoro, Sorbo, Susino, Sambuco, Sugero.

Thamerigo, Tiglio, Therebintho.

Vetrice, Vliuo, Vite, Vinco.

HARVM

HARVM AVTEM PARTES HOC ordine poni debent & recenſeri.

.Primo Radices.
2.Truncus.
3.Ramus.
4.Surculi & ramuſculi.
5.Gemmæ.
6.Folia.
7.Fructus.
8.Vertex & apex, vbi nidificant aues. Figuram ſuperius poſuimus.



E vſu omnium prædictorum locorum minimorum dicimus, quòd omnibus pro locis vti poſſumus & eos affigere (nam loca nimis mobilia ſunt) & diſponere pluribus in locis, verbi gratia, in officinis, in eccleſijs, in foro mari & ſimilibus in locis: Quæ loca, & ad quælibet memoranda aptiſſima, ipſa comprobabis experientia. De animalibus autem et arboribus dicimus, quòd iſta in agro: vel horto uel nemore ſimili ſunt ordine diſponenda, quo & apothecas diſtinximus. veruntamen ſcito, quòd admodum facilis memorabiliſq; modus prædicta diſponendi erit, ſi aliqua fratrum clauſtra ſumas, & intro ſub dio ingrediens tu per aliquam portam vel aperturam quam finges in medio vnius quatuor partium clauſtri a ſiniſtris locaueris unã arborẽ primæ litteræ alphabeti (ſi eo ordine procedere velis) verbi gratia, Abietem & ſub abiete vnum animal eiuſdem litteræ, verbi gratia aſinum. Et ſupra auem eiuſdem literæ, verbi gratia

tia Aquilam: Sed notato, quod animal tibi, primo occurrat memoriæ, deinde arbor, & tam animali quam arbore (cum suis diuisionibus, de quibus supra) vti poteris.

In angulo propinquo aliud animal verbi gratia, Bubalum: & secus eum arborem, verbi gratia, buxum: Sicq́ in intermedio inter angulum & angulum, donec reuertaris, apertum, vbi intrasti. In medio autem aliud animal, & aliam arborem ponas.

Verum scito, quòd hic aptißime vti poteris multis locis amplißimis. nam sub arbore Abietis in imo venas auri et argenti constitues, quæ per a litterã incipiunt. sic reliqua mineralia, quæ infra inuenies dispoſita ordine alphabetico. Et sursum procedendo sub radicibus arboris pones quædam subterranea animalia eodem alphabeti ordine, sicut infrà habes. Id sentias de reliquis arboribus, sub quibus reliqua mineralia alphabeti ordine pones.

At sub arbore quæ in medio est, loca amplißima inferiora & infernalia recensere poteris.

Reliquas arbores quæ ex alphabeto tibi abundant, in alijs reponas claustris.

De animaduersionibus circa prædicta loca. Cap. XIII.



Vlta circa locos animaduersione sunt digna, quorum quædam iam suis proprijs locis sunt dicta, quædam hic infra ponenda sunt.

1. In primis animaduertẽdum, quod entia omnia tum realia tum etiã imaginaria (dummodo partes habeant insignes) & magnas vel mediocres saltem, ita ut aliquarum sint receptiuæ figurarum) pro locis habere possumus, quapropter formicæ caput, vel os vel etiam ipsa tota pro locis inseruire non poterit nobis, alioquin si utamur illa vel eius partibus, discrimini magno ipsi nos ponimus, nã parua res è memoria nostra faciliter effugere potest.

2 Et si omnibus ferè memorandis loca omnia apta sint (vt infra dicemus cum de figuris pertractabimus) attamẽ istis vel illis memorandis, & mediantibus figuris reponẽdis in locis, quædam loca aptiora, quædam ineptiora & minus idonea inueniuntur.

Si quis enim vestimentorum sacerdotalium meminisse velit, sacrarium vel sacristiam & eius partes, & non Coquinam honoris causa sumere debet. Si quis impreßionum ignitarum vel aquearum aut etiã aerearum voluerit recordari, melius erit, vt aerem cum suis partibus, vbi naturaliter istæ fiunt, & generantur, quàm domum uel plateam, & sic de cæteris.

3 Propterea elaborandum, vt multa habeamus loca diuersa,

uersa, & varia, vt diuersis, (prout occurrerit,) memorandis, diuersa loca correspondeant, quo ad fieri potest.

4 *Eisdem locis pro diuersis memorãdis, & pro alijs figuris ponendis eodem die, vel sequenti non vtimur, sed tribus vel quatuor transactis diebus vel pluribus, quousq; veterum simulacrorum ibidẽ positorum penitus obliuiscamur. Loca eadem iam figuris impleta ad alia reponenda non resumimus, ne forte in eisdem locis diuersæ positæ notæ se inuicem præpedientes & præuenientes, menti nostræ ultro sese obijciant, ac simul omnes occurrant memoriæ, & confusionem ingerant non mediocrem, dum & præteritorum, quorum pro nunc recordari: & illorum, quæ pro tunc meminisse volumus imagines, & figuræ indifferenter occurrunt.*

5 *Si ergo habeas cẽtum loca vel plura, & te oporteat singulis diebus aliquibus eorum vti pro occurrentibus quotidie memorandis, in tres vel quatuor partes numerum locorum diuidas, & locis primi numeri primo vtaris: secunda vice secundi, tertia tertij numeri locis &c. Deinde reuertaris ad primos locos, hoc dixerim, quia talis vel similis distantia tẽporis quatuor s. dierum antequã eisdem locis iterum vti cogaris, ad obliuiscendum priorum imaginum sufficere poterit, & ad alias figuras ponendas idonea reddere loca valet.*

6 Contigit *autem, quòd figurarum aliquarum, quæ conuenientissimo artificio hoc vel illo loco positæ erant pro memorandis difficile obliuiscamur, vt eorum loca longo tempore amissa, & pro alijs reponendis inepta censeamus. At*

non

non ita est, quoniam frequens exercitatio, fortis imaginatio & à memoria facta, frequẽs repetitio, nouarum figurarum nuper fabrefactarum, et talibus in locis positarum veteres figuras ita disturbat, & delet, vt vbi erant illæ, maneant istæ. At de delendis figuris infra tractabimus.

7 Loca, quæ pro his, quorum semper memorari volumus, & habere præ manibus constituimus, ad alia reponenda, non erunt idonea, ea quæ superius dicam, & ratione.

8 Quidam pro locis particularibus vbi immediate (vt in pluribus) figuræ ponuntur, angulos habent mãsionum: quida vero intermedia inter angulos ipsos, quod vltimum non satis approbo, propterea quia iam didicimus in una mã=sione (maxime si parua sit) imagines positæ in intermedijs et interstitijs prædictis nimis illam replere, et propterea aliquando confusionem non paruam generare: Quæ autem in angulis sunt positæ figuræ duplicem nobis præstant vtilita=tem. primo quoniam non ita vt primæ mansionem replent vel occupant, aut offuscant, immo eam expeditã reddunt, et latam esse demonstrant. secundo quia fixius angulis prædictis inhærere figuræ nobis videtur, quam in intermedijs. Quod tenacem ac firmã reddit memoriam. Verum si ma=gna sit in longitudine & latitudine mansio, non solum an=gulis, sed & interstitijs ipsis pro locis vti poterimus.

9 Plateæ, viæ, Itinera, et reliqua huiusmodi minus apta loca dicimus ecclesijs: domibus similibusue locis, propterea quia nimio splendore refulgent, & immoderata sunt magnitudine, quod vtrumq; imaginationi nocet.

Nec

Nec propterea dicimus ita inepta esse loca, vt illis aliquando uti non debeamus, quod contra Ciceronem & alios esset: sed vt raro vtamur ista docemur animaduersione.

De conditionibus locorum. Cap. XIIII.

MVltas esse locorum conditiones ipsa experiẽtia docuit, sine quibus multos huius artis cupidos errasse circa loca eligenda, quam plures huius artis expertes nouerunt, & confeßi sunt. De conditionibus ergo locorum, quas nostro experimento didicimus pertractantes, dicimus infrascriptas, & hisce similes esse videlicet primo: Inuariabilitatem: secundo Immutabilitatẽ, siue firmitatẽ: tertio Numerum: quarto proportionem: quinto continuitatem: sexto diuersitatem: septimo Quantitatem continuam moderatam: octauo Claritatem mediocrem: nono Succeßionẽ, Ordinem, distantiam notabilem, solitudinem, Poßeßionem, de quibus sigillatim.

1 *Circa primam conditionem, quæ est inuariabilitas, scito, quia multum memoriæ officit, si locum nunc sub vna figura esse videas, verbi gratia, triangulari: nunc sub alia, verbi gratia, quadrangulari: vel quomodolibet notabiliter varatum. sicuti esset, si nunc in illo angulo talis uel talis plateæ, officinam fabri carpentarij, paulopost vnguentarij apothecam esse videres: quam si semel vel bis videas ita immutatam esse, dubio procul prioris tãtum recordaberis, vlla absque difficultate: nec tibi talis variatio confusionem ingerere*

ingerere poterit. vnde sic ea poteris vti, quasi immutata non sit. At si sæpe sæpius eam te videre oporteat, vnum è duobus facito, vel multiplici repetitione mente priorem recenseas (ut eius non obliuiscaris) sed fixè priorem retineas: vel certe, (quod potius suadeo tibi) prioris formæ loci illius obliuiscens, mentem fige in posteriori forma prædicti iam variati loci. Et si talis loci, puta officinæ carpentarij partes iam figuris implesti, perpetuo mansuris, propter quadã quæ semper præ manibus te oportet habere: commuta figuras, et memoranda nouis figuris commenda, quæ in posterioris officinæ partibus sunt, vel esse possunt. Nam in diuersis officinis diuersæ sunt assumendæ figuræ pro memorãdis quæ locis conueniant, ut infra dicemus. Quod si loco illo non perpetuo memorandis, sed pro occurrentibus tantum quotidie uteris, nullatenus priorem loci modum vel figuram reserues, sed tali modo prædicti loci dimißo, locum iam variatum oculis, ac mente inuisere, & in illo mentem figere: & firmare memoriam debes.

2 *Circa immutabilitatẽ, quæ secunda conditio est, animaduertito loca immobilia, uel saltem firma esse debere, ne in ipsis recensendis mens nostra post illa vagetur: Et demum vagando ab eius memoria excidant cum figuris & memorãdis. Idcirco, si qua loca habeas, quæ mobilia sint, sicuti est homo, Leo, Arbor &c. (cum eis pro locis non pro figuris vteris) in immobilibus locis, uerbi gratia, angulis platearum vel domuum cæterisq́ similibus locis ea ponendo & figendo, firmitatem dones. Nauim etiam si pro loco acci-*

pias, vel eam firma supradicto modo fingendo eam in tali angulo esse, vel ponendo ibidem eius depictam imaginem, vel certe in portu tali, vbi aliquando nauem vidisti alligatam esse arbitreris, vel denique anchora fundatam et obfirmatam ibidem in portu, aut alibi in mari immobilem existere imagineris si enim loca fluant, figuræ in eis locatæ à memoria labi necesse est.

3 N*umerum vero locorum habeas talem, ne laboret nimium mens in eisdem retinendis & recensendis, numerosa nimium locorum multitudine prægrauata, eo maxime si artem non dum fueris expertus: quapropter Cicero dixit centum loca sufficere posse. quem numerum præstare vna etiã mediocris ecclesia cum aliquibus mansionibus circum ea existentibus, verbi gratia sacristia, Capitulo, Claustro, nos ipsi experti sumus. Centum autem loca sufficere posse pro occurrentibus memorandis tantum, etiam experimento fatemur. At si quis non solum occurrentium rerum memoriam habere uelit, uerbi gratia, concionum, sermonum, lectionum, collationum, quæ omnia quotidie occurrunt, sed multa præter occurrentia illa cupit memoriæ mandare: Necesse erit illi & alia habere multa. sicut qui multa scribere voluerit, plurima vel longiori indiget cartha. Petrus Rauennas, in hac arte exercitatißimus, decẽ fere millia habuit loca, aliaque præter illa se fabricare dicebat. quod mea sententia profuit illi, quia memoria insigni vigebat. quod & si memoria claris consulendum esse, & nos ipsi dicimus: attamẽ his qui non tantum mediocri, verum etiã infirma sunt donati memoria,*

moria, ne dum dicam prodesset, verum officeret nimium, si vltra mille locos haberent.

4 *De quarta conditione dicimus, proportionem locorum cum memorandis (cum fieri commode poterit) seruãdã esse; vt ipsa eligantur loca, quæ memorandis pro hac vel illa materia seruanda conuenientia sint: vt eius recordemur facilius, cum proprijs vtimur locis. de qua conditione vide in secunda animaduersione.*

5 *Continua aut contigua aut saltem vicina et proxima sibi inuicem debent esse loca illa, tum communia, tum particularia, quibus vteris pro conseruanda vna atque eadem concione seu sermone aut collatione &c. ne erret mens recensendo memorãda, quæ sub figuris in locis remotissimis et à prioribus valde distantibus posuisti. Itaque impleta vna apotheca uel domo aut ecclesia aut alio quolibet simili loco: figuris & simulacris rerum, quarum recordari velis: ad alium locum vicinum, & proximum et collateralem, si fieri potest, procedas, & non ad remota loca, ni forsan concionem, vel lectionem in partes diuidas, & primam partem in tali loco reponas: & aliam in alio à priore, remotissimo loco. Poterit enim mens aliqua facta pausa ad remotissima etiam loca transmeare. Quod si interdum aliqua ex causa vti remotissimis locis concedimus, (puta quia conuenientiora sunt talibus memorandis, loca remota proximis & uicinis: vel quia implesti vicina loca, & adhuc sunt et alia memoranda: vel quia remota melius nosti, quam vicina, quæ sequuntur) attamen quod raro facias in eadem mate-*

ria locanda, & comminiscenda dicimus & hortamur.

6 Loca communia, diuersa & dißimilia sint: alioquin dum fueris in primo loco, verbi gratia, tali mansione vel ecclesia &c. ad aliam illi similem facile mens tua transuolare poterit, quod omnes experiuntur. Unde apud omnes consultißimum est, neminem cellulis fratrum aut similibus locis vti debere, propter nimiam inter se ipsas similitudinē. Cellularum ostia, aliqui signis notant quibusdam, vt supra diximus. At tutum esse illo modo vti haud existimamus. Ni ergo desint tibi loca, ea dimissa facias.

7 Ecclesiæ & domuum mansiones, & quælibet alia loca communia, oportet, quòd in quantitate continua mediocritatem habeant: nam sicut in amplis locis res ibi existentes ab oculis nostris aufugiunt, simili modo à mentis oculo in ipsis elabuntur imaginatæ figuræ. Ampla enim loca vagas reddunt imagines, & occultant. Nec nimis arcta debent esse loca, nam imaginum collocationem angusta loca videntur capere non posse. loci ergo mediocres sint.

8 Claritatem, sed mediocrem, habeant loca omnia, ne aut occultentur tenebris imagines ponendæ, aut splendore præfulgeant nimis: vt enim corporis oculus, ita & mentis, nimio luminis splendore offuscari videtur hanc ob causam, scilicet splendorem nimium: Plateæ, viæ. Itinera, & eiusmodi reliqua loca minus idonea sunt ecclesijs, domibus, & officinis &c. quæ lumē moderatum suscipiunt et retinent: vnde & clara monstrant posita simulacra, claritate non opprimente intellectus nostri visum, sed excitante mentis

nostræ

nostræ sensum & aciem.

9 *Sicut in locis communibus continuitas, et propinquitas obseruanda est, ita in particularibus locis successio locorum tenenda est.*

Loca communia sunt Ecclesiæ Domus &c. particularia autem partes prædictorum & similium locorum, vt Altaria, Anguli, Columnæ &c. Ille ergo locus qui tibi introeunti, uerbi gratia, ecclesiam, primo occurrerit pro primo habendus est. ille autem, qui primo succedit, & post illum sequitur, quiq; collateralis est illi; pro secundo loco. qui tertio tertius, & sic de alijs. Sic autem procedens circum eas totā ecclesiam, & omnia particularia loca notabis, vt quælibet sacella, Altaria, Portas, collaterales, presbiteria &c. donec circumeundo reuertaris ad priorē locum, à quo recessisti. Quod si Ecclesia tot quot volueris loca non dederit, dum eam circuis, particularia loca notando, si facilem ingressum habeas, intra sacrarium, Cæmiterium, Claustrum, & cæteras collaterales & propinquas, ac contiguas mansiones, & notatis particularibus locis eorum ordinate & successiue reuertere in Ecclesiam, et signa reliquas partes eiusdem ecclesiæ, quousque circumeundo reuertaris prope primum locum, vt diximus. Quod de ecclesia diximus, de alijs etiam similibus locis intelligas.

10 *Cum intras loca communia vt in eisdem notes particularia, hic ordo tibi seruandus, vt. s. à latere sinistro numerare incipias particularia loca, vsque dum circumeundo deuenias ad vltimum sinistri lateris, cum hunc ordinem communiter*

muniter scribentes obseruent, quos nos libenter in hac arte sequimur, cum locare figuras ferè differat nihil ab arte scribendi, vt ait Cic. consuetudo enim tali modo & ordine scribendi, & in collocandis figuris promptos & faciles nos reddet: à sinistro incipere latere, maxime cum aliqua in parietibus scribere ipsa nos cogat necessitas, ut dicemus. Ne ergo inuerso ordine cogitatu nostro scribere, & scripta repetere cogamur, à sinistro incipiamus. Si quis autem hebræos scriptores sequens, à dextro incipiat, in sinistrum procedẽdo, quod omni ex parte erret non dicimus, motus enim à dextro incipit, ait Aristoteles. Quolibet modo procedas, vel à sinistro incipiens, vel à dextro, illum sequere semper, ne dimittas nisi maxima vrgente causa, ne tali mutatione oriatur confusio, & surrepat obliuio.

11 *Distantia locorum particularium ab inuicem paulo plus aut minus pedũ trigenum sit. nã ut aspectus, ita cogitatio minus valet: Si ab uno loco ad aliũ nimis remotum pertransire debeat: quod si vehementer propè admoueris, id quod videri, vel cuius recordari volueris, & locum loco quasi coniunxeris: propinquitate conturbaberis. prædictam autem distantiam à Cicerone traditam obseruandam dicimus, quando loca sunt ampla. Distantia enim quindecim, et etiam vndecim pedum sat erit, cum apothecis uel aliquibus mediocribus mansionibus vtimur, vt sæpe probauimus.*

Similiter probamus frequenter, quod si vna & eadem mãsione plura sint loca particularia ab inuicem differẽtia, vt fenestræ: Ablutorium manuum, Caminus, ostium, statua

tua &c. talibus rebus insignita loca, quãuis propinqua confusionem non ingerunt, sed memoriam sua excitant varietate. Si autem in mansionibus aliquibus non esset aliquid insigne, sed parietes tantum, profecto anguli solum, vel etiã intermedia, si oportuerit, & si loca ampla fuerint pro locis inseruient. Quod si in eisdem alia particularia componere loca vellemus, & laboriosum opus & periculosum assumeremus.

12 Cum loca communia intras, non tantum loca particularia in eisdem consideres, notes, & obserues, sed & quæ in illis sunt obseruato. contingit enim sæpe sæpius loca, si expolita non sunt, sed rebus aliquibus referta, non solum locandi figuras facultatem præbere, sed figuras multas realiter nobis offerre: vt armaria, sedilia, scanna, strata cæteraq; similia, quibus pro figuris quorumlibet memorandorum uti omni diligentia & arte nitimur: relictis imaginarijs figuris, quas pro memorandis quærere, inuenire, & per imaginationem in prædictis locis nos ponere, & fingere oporteret, non nisi cum magno labore Duo autẽ commoda, nobis proueniunt, si figuris in locis inuentis vtamur. primo enim non tenemus nouas quærere, & locare: secũdo quia facilius recordamur figurarum realiter positarum, quàm fictitiarum. Verum non negamus, quòd memorãdis rebus multoties confingẽdæ imagines magis conueniant, quam ibidem inuentæ figuræ: sed fatemur etiam industrium hominem, & in hac arte aliquantisper expertum, ferè figuras omnes suis memorandis adaptare posse. quod si aliquando non valeat quis, ad libitum

confingat


confingat. De his autem diffusius infra dicemus.

13 Solitaria debent esse loca. Solitudo enim locorum cogitatum nostrum aggregat & recolligit. at loca hominum frequentia occupata confusionem faciunt memoranti, & mentem disturbant. Id circo communes plateæ, & fora pro locis tibi raro deseruiant.

1 Verum experti sunt aliqui, ut Petrus Rauennas, sufficere aliquando talia loca vidisse vacua, quod & nos testamur.

Loca quibus uti volumus, antequã ipsis utamur, oportet sæpe sæpius oculis inuisere, & cogitatione percurrere, ut faciliora nobis reddãtur, ne cum figuras ponere uoluerimus, tunc primo ea familiariter poßidere studeamus. Prudens scriptor chartas semper præparatas habet & tenet.

Explicit prima pars tractatus de Memoria artificiali.





TRACTATVS DE MEMORIA ARTIFICIOSA,

Secunda pars.



PRAEPHATIVNCVLA.



ON ſolum locis, verum etiam figuris (vt diximus) artificioſa conſtat memoria. Quapropter cum in ſuperioribus de locis, ſatis ſuperq; dictum fuerit, de figuris ordine infra poſito dicturi ſumus. Primo enim figuras, non omnes, ſed notiores nobis, & familiariores, quæ noſtræ memoriæ prodeſſe poſſint, ponere volumus, & exinde illarum applicationē ad diuerſa memoranda generalibus quibuſdam regulis tradenus.

Secundo, de applicatione figurarum in communi, ad res memorandas, & è conuerso.

Tertio, de animaduersionibus circa figuras, & conditionibus earundem.

Quarto, de vsu quorumdam locorum & figurarum, in particulari, sub exemplis, quibus intellectis quilibet locis vti & figuris ad quæcunque memoranda idoneas inuenire possit. De quibus omnibus ordinatè tractabimus, ut in primo huius secundæ partis capitulo patere potest.

Secundi tractatus de diffinitione figurarum. Cap. I.



E multiplici denominatione earum: ac idētidem partitione: vel de diuisione earumdem, & singulorum membrorum, partiumq; diuidentium declaratione.

Figuræ dicuntur ea quæ in locis reponimus, pro rebus memorandis, quæ figuræ immediate memorandas res, nostræ re presentant memoriæ: siue per se ipsas; (quia videlicet sunt ea ipsa, quorū recordari volumus: sicut si ferri recordari vo luerimus, ferri massam in tali loco, puta hoc vel illo Angulo ponamus) siue memorandorum qualemcumque similitudinem habeant, quod & frequentius euenire solet, vt si voluero fortitudinis recordari, Leonem fortissimum animalium, loco tali reponam.

In diffinitione nota ly Immediate: quod ponitur ad differentiam

ferentiam locorum: qui non nisi mediantibus figuris memorãda retinent & conseruant, atque ex inde, nobis seruata præsentant, quando scilicet prædictarum figurarum recordati fuerimus.

Quo ad secundum, id est figurarum multiplices denominationes, ut sequentium intelligentiam habere possimus, oportet noscere, quod hæ supradictæ figuræ, huic nostræ arti inseruientes multiplici appellatione, ab huius artis peritis, denominantur. Dicuntur enim etiam imagines: Simulacra, & Idola: Signa quoq;, similitudines, ac species, Notæ etiã vocitantur, & memorandorum umbræ.

Quo ad diuisionem figurarum, sciendum, quod illarum quædam sunt naturales, quædam artificiales, & quædam imaginariæ.

1 Naturalium quædam maximæ, quædam minores.

Maximarum quædam inferiores, ut Infernus, Purgatorium & uterq; Limbus.

Quædam superiores, ut elementa omnia.

Quædam Cœlestes ut Cœli, & Astra.

Quædam super Cœlestes, ut ea quæ supra Empyreum Cœlum esse iam supradiximus, quorum omnium partes inter figuras computari poterunt.

De quibus vide in prima parte, cum de locis tractauimus. Ne mireris, quod quæ pro locis supra posuimus, pro figuris nunc apta esse dicamus. Loca enim prædicta pro figuris, (secundum diuersos respectus) seruire poterunt (quamuis minus sint apta sequẽtibus. cum si pro figuris ea habere uelimus

limus, vix locus aliquis inueniatur, qui tales figuras capere possit) Dicimus enim nos, extra Cælum empyreum, omnia locata esse, & ea propter pro figuris etiam prædicta haberi posse: immo & illud posse pro figura vel figuris deseruire, ut infra dicemus.

Naturalium autem figurarum minorum.

Quædam inferiores ut infernales. ut Diaboli. Dam*nati, eorumq; varia tormenta &c.*

Quædam sunt superiores prædictis, sub terram tamen, quarum aliquæ sunt inanimatæ, ut Metalla, et Mineralia: aliquæ animatæ, ut animantia sub terra commorantia, ut serpentes &c.

Quædam materiæ terræ proximiores & similiores, ut quæ supra terram sunt, vel quæ in prima terræ superficie commorantur, ut Lapides *pretiosi.*

Quædam etiam sunt terræ adhærẽtes, & ipsa impenetrantes, & tamen ab ea exeuntes, & procedentes, & supra ipsam surgentes, ut Arbores *fructices & herbæ.*

Quædam terrestres, & super terram ambulantes, ut animalia, quorum aliqua sunt magna, aliqua parua.

Quædam aqueæ vel aquatiles, ut quæ in mari inueniri possunt, ut Pisces, conchilia &c.

Quædam autem aereæ, quarum aliquæ animatæ (ibidem pertranseuntes, non tanquam in proprio loco stantes) ut aues omnes & volucres paruæ vel magnæ. Aliquæ inanimatæ ibi generatæ tanquam in proprio loco, & ibidem aliquantulum permanentes, ut impreßiones variæ, quæ ibidem sunt

igneæ,

igneæ, vel aqueæ &c.

Quædam Cœlestes, ut Stellæ.

Quædã supercœlestes, ut sancti et eorum ordines &c.

11 *Artificiales autem figuræ sunt, quæ humano inuentu consurgunt & fiunt, & pro nunc sunt varia ædificia variæ apothecæ. Instrumenta artificum diuersa. Quarum omnium rerum, quæ pro figuris habere possunt, legentibus copiam dare in animo est, ne negligentia inquirendi, & difficultate inueniendi præpediti multi, ab huius operis studio auertantur, eiusq; optata careant vtilitate.*

Præ oculis enim omnia quodãmodo ponere volumus, ut cuilibet huius artis cupido diuersæ et multiplices imagines, occurrere posint, quas pro memorãdis rebus, ponere valeat, prout sibi placuerit.

Quo facto, ipsarum applicationem ad memorãda, meliori, quo poterit modo fieri sub aliquibus regulis & institutis, tradere volumus.

Nunc autem sigillatim de supradictis figuris dicendum est, & omisis figuris maximis, naturalibus, de quibus in primo tractatu disseruimus, sub nomine locorum de minoribus loqui in sequentibus capitulis intendimus.

De figuris naturalibus minoribus. Et primo de his, quæ inferiores vel naturales dicuntur. Secundo de figuris terreis. Tertio de subterraneis inanimatis. Quarto subterraneis animatis. .Cap. II.



Iguræ infernales sunt diuersa Dæmonum spectra imaginesq; eorundem variæ sub diuersis animalium & bestiarum figuris dãnatis apparentibus. Vide in superiori parte tractatus in capite de locis inferioribus, diuersas eorum imagines, & deformiores et turpiores illis, tu confingere poteris, prout pro memorandis occurrentibus, tibi visum fuerit oportunum.

Ex scriptura autem sacra figuras conuenientiores dæmonũ imaginaberis. Vt quòd aliqui dæmones sint similes lupis, Secundum illud, quod de dæmonibus, ait Abac. primo: velociores lupis vespertinis.

Aliqui Leonibus, Secundum illud: Tanquam Leo rugiens. primæ Petri quinto.

Aliqui Aquilis. Secundum illud: velociores fuerunt persecutores nostri, Aquilis Cæli: Threnorum quarto:

Aliqui similes serpentibus. tertio Gene. Sed serpẽs erat callidior cunctis animantibus.

Alij in forma Draconum, & Aspidum, & Basiliscorum, Psal. 90. Super Aspidem & Basiliscum. &c.

In figuris etiam Coruorum apparent. Gene. 8. Capitulo, post

post diluuij decrementum scribitur: Aperiens Noe fenestrã, dimisit coruum.

Adde etiam, quòd et ipsi Dæmones sint in forma Stru*thionum, secundum illud Deuteronomij quartodecimo* Ca*pitulo. Nã struthio inter aues immundas computatur : Et in plerisq; alijs horrendis formis eos confingas.*

Damnati etiam varijs pœnis (prout in prædicto loco primi tractatus posuimus) pro figuris deseruire poterunt. similiaq; his fingere poterimus.

Supplicia etiam diuersa, vt ignis calidißimus flamma inextinguibilis, fumus horribilis, odor pestilens, obscuritas horrida, gelidißima aqua, fletus, stridor dẽtium, Voces flebiles, Chaos magnum, Vociferationes altißimæ, Contortio oculorum, Faciei depreßio, totius corporis cruciatus. Multitudo etiam damnatorum, & eorum confusa congeries. Tumultus, & varia tormenta pro figuris haberi possunt.

In Purgatorio homines vultu mæstißimo, sed patientißimo animo cruciati tormentis varijs, et igne, pro meritis, & Angeli *eos confortantes, pro imaginibus deseruient.*

In Lymbo infantes varij, diuersis vultibus, & coloribus, prout hic videmus.

DE TERREIS IMAGINIBVS.

Terreæ vero imagines, sunt saxorum et petrarum varia genera, lapides etiam pretiosi, quorum nominum aliquos insigniores ordine Alphabetico *ponimus: Tu reliquos in lapidario videre poteris, Et in speculo naturali Vincentij.*

Thesauri memoriæ artificiosæ Alphabetum lapidum simul & Gemmarum.



Renacius lapis siue bibulus, qui arænis constrictus est maris. Alabastrites. Achates, Adamas, Ametistus. Allectorius.

2 Berillus, Borax lapis, qui (et) Nose, Carbunculus, Chrysolitus, Corallus, Crystallus, Celidonia, Cotis qui lapis secũdum Isido. sic dictus, eo quòd ferrum ad incidendum acuat: cotis enim græce incisio est: Caristeus lapis, qui viridis est, vnaque est marmoris species.

3 Dæmonius, Draconti des, Daicodos, Daymantizcos, Dionysia, Droselitus.

4 Ebanus, qui lapis albus est, Emathites lapis ruboris sanguinei, Ethites petra aquilina est, Ebur pro lapide si placet, Emathites, Enidros, Efestis.

5 Falcanus, Filaterus, Flongites, Fluuiatilis, Edificijs aptus, lapis est.

6 Galictites lapis albus est, qui attritus succum reddit, saporem lactis habentẽ, Galacies lapis ad similitudinem grandinis, et frigidißimus.

7 Hiena lapis, qui in hienæ bestiæ oculis inuenitur, Hyeratites.

8 Iaspis, Iacintus, Iacintizonta.

9 Kacabre, Kabrates, Kamam.

10 Lapis Lazuli, Lischinis, Lapis est refulgens, vt lucerna ardens.

11 Marmor, Molaris Lapis, ex quo fiunt molæ.

Margarita

Margarita lapis, qui ex marinis colligitur conchis, Melothites.

12 *Nitrum, lapis est subalbidus & perspicuus. Nose, qui & Borax supra sub litera B.*

13 *Onix, Opalus, Optallius, Orithes, Ostratites.*

14 *Pumex, Pipirinus, Porfidus, Pantherus lapis ad similitudinem Pantheræ, Paragone, quo verum probatur aurum a falso.*

15 *Quirinus lapis, Quanidros.*

16 *Ramni vel rabi, id quod bolus armenicus, Radaym, qui donatides etiã dicitur, inuenitur in capite Galli &c.*

17 *Serpentinum, vel Ophitis. Serpentium enim maculis conspersus est, vnde et à vulgo etiam serpentinum dicitur, Silex, Spongia, Specularis lapis, Saphyrus, Sardius, Sardonicus, Smaragdus, Succinum, vel succinus, vulgariter dicitur Ambra.*

18 *Tiburtinus lapis, Tophus, Topation, Turchois, Theogolitus.*

19 *Varahc seu sanguis draconis secundum Arist. lapis est, Venix valet contra melancholiam, Vegetana italica gemma est, vnio, est quidam lapis.*

20 *Yris, Iridi similis.*

21 *Zimeniellazuri valet contra melãcholiam, Et contra quartanam & Sincopim. idem est cum lapis lazuli.*

22 *Zignites lapis est vitrei coloris, & sanguinem stringit, & mentis alienationem depellit: flãmam ignis extinguit.*



Vb vna eadēq; littera plures lapides vel saxa etiam aliquando posuimus, vt eisdem indigeat nemo. & ad hoc, vt quisque quem voluerit, & quem suo proposito viderit, accommodatum esse & deseruire, eligat, & tollat, cæteris pro illa vice dimissis. Horum autem & sequentium, quorum Alphabetum ponimus, verbi gratia, animantium Arborum tum figuras, tum naturas, tum commoda ex ipsis si nouerimus optimo, & efficacissimo adiumento nobis in hac arte eas esse probabimus. Idcirco vtile admodum erit in naturalium & Phisicorum libris eorundem naturas perquirere, vt pro figuris occurrentium memorandorum audacter ea ponere, & locare possimus.

Inter figuras terrestres & terreas placet nobis fæces et excrementa rerum diuersarum ponere: tamquam cæteris compositis infra ponendis minus superiorum elementorum virtutem retinentia: immo illis omnibus terræ materiei proximiora: vel certe tanquam indigna obtutibus nostris præsentari: vel saltem minus humano vsui apta: sed penè digna dumtaxat terra ipsa recondi. sunt autem hæc & similia his.

A Amurca, quæ faex est olei: Analecta, *quæ ciborum sunt purgamenta:* Apluda, *quæ purgamentum est Millij: Panici & sisamæ: Assulæ, quas vitruuius vocat fragmenta, quæ ex operibus deijciunt Marmorarij.*

B Bolytus: vel Bolyton: Bubulum stercus est.

F Furfur, farinæ est purgamentum, Floces purgamenta vuarum

tā vuarum & vini: Flaces purgamenta ſunt oliuarum.

G Graſum ſignificat lanarum ſordes in ouibus.

H Helciſma, ſcoria eſt ex argento.

I Ipeleuthrum, ſuis ſtercus.

M Magmata, vnguenti faeces dicuntur. Muccus, narium ſordes eſt. Muſcerda. Murium ſtercus eſt. Metys, *purgamentum eſt caeræ.*

O Onida & Onthon, Aſini retrimenta Cælius dicit. Oiptoton ouium ſtercus eſt.

P Præſegmina & Reſegmina, quæ ex vnguibus præſecantur.

S Scoria, Spurcitia omnis metalli. Sparyle, ſtercus hominis. Spyrada & Spyrathia caprarum. Sciri, Sordes & ſpurcitiæ caſei. Schidia, fragmenta lignorum, quæ reijciuntur ab abietarijs.

T Tartarum: Faex vini eſt.

DE SVBTERRANEIS NON tamen penitus terreis figuris.

SVbterraneæ autem figuræ inanimatæ quæ minus prædictis terreæ materiei proximiora ſunt ac cæterorum elementorum naturam excellentius participant, ſunt metalla uniuerſa: vt aurum &c. & quæ ex ipſis arte fiunt, vt auricalcum: Et mineralia cuncta, vt Sulphur. de quibus omnibus vide aliqua, quæ infra ponuntur.

Metalla principalia ſunt Argentum ſolidum, Argen=

tum viuum. Aes, Aurum, Ferrum, Stannum, Plumbum. Quæ autem ex ipsis arte fiunt, sunt sequẽtia, Auricalcum, Aes, *quod vulgo dicitur Bronzo.*

Extra septem metalla (quæ inter mineralia primum obtinent locum) hæc quæ infra ordine alphabetico disposuimus, ab Alberto *Magno & alijs numerantur authoribus.*

Alphabetum Mineralium ex Alberto Magno.



Lumen, Alidena ferri species in oriente, Aurum *ui uum, quod ex argento nimis incenso fit, Auricalcum, Arsenicum, quod & Auri pigmentum, dicitur, & colligitur ex auraria materia, in Ponto, Atramẽtũ quod Plinio teste fit vel arte humana, vel terra sulphurea,* An*timonium, quod secundina plumbi mortui est,* Arena, Aes *quod* Bronzo.

2 *Bitumen, quod è saxo profluit.*

3 *Cuprum, quod vulgo* Peltro *dicitur,* Chalybs, *Creta, Cerusa, quod flos plumbi est, Chalcites, Calcantum, Cerusa.*

4 *Difriges, quod ære decocto remanet.*

5 *Electrum seu succinũ, quod Bituminis genus est è saxo profluens: non arboris picei lacryma, vt putarunt veteres.*

6 *Halcitis, qui lapis est, de quo ipsum æs coquitur, Hidrargirum.*

7 *Lytargirium, quod fit ex argento & plumbo, quod nos argenti spumã uocamus.*

8. *Metal-*

8 *Metallū, quod mixtura est, ex qua conflantur cāpanæ: Minium.*

9 *Nitrum.*

10 *Ocrea, Obisiana, vitri genus est.*

11 *Pomex, Pompholige, Prasin.*

12 *Sulphur*, Salnitrum, *quod &* Salpestre *dicitur à Nitro differens, de quo aliqui opinantur speciem esse nitri, Sandaracha.*

13 Tuphus, Tubal, *quod æris scoria.*

14 *Vitrum.*

ANimatæ autem figuræ & subterraneæ sunt Serpentes omnes, & quædam alia animalia paruula, quæ sub terra degunt, de quibus sigillatim ordine Alphabetico dicemus.

Alphabetum serpentium.

A *Spis, Amphibosena, Anger, Amodites.*

2 *Basiliscus, Boa, Becmot.*

3 *Cocrodilus, Cacula, Cenchris, Coluber, Cerastes, Cantarides.*

4 *Draco, Dipsas, Dracocompides.*

5 *Enydris, Emorrois, Exedra.*

6 *Fenatrix.*

7 *Glandosa*

8 *Hermorrois, Hydrus, Hydra.*

9 *Iaculus, Ichneumon.*

10 *Lacertus, Leuiatam.*

11 Nepa, Natrix.

12 *Obites.*

13 *Pharias, Præster, Porphyrus.*

14 *Rutila, Regulus.*

15 *Salpinga, S tellio,* Sa*lamandra,*

lamandra, Syrena, quæ Serpens est in Arabia.

16 *Taranta, Tyrus, Tortuca.*

17 *Vipera.*

Alphabetum paruorum animalium sub terra degentium.

A*Nguilla.*

Bufones, Borax, Botracha.

3 *Cunicula, Castio, Clochea, Cancer, Cuniculus.*

4 *Formica.*

5 *Glires si placet, Gamaleon, Gurgulio.*

6 *Herinacius.*

7 *Locustæ nigræ, quæ in vere nocte canunt, Lumbricus.*

8 *Mustella, Musaraneus, Mures, Martires.*

9 *Ranæ, Rubetæ.*

10 *Stellio, Sciurus, Salamandra, Sorex.*

11 *Talpa, Testudo.*

12 *Vermes etiam omnes, qui sub terra conduntur.*



De

De figuris terrestribus animatis tantum, quæ sunt vegetabilia, & de figuris terrestribus animatis sensibilibus, quæ sunt animalia. Cap. III.



Rbores fructus, herbæ: Animalia etiam omnia, & magna, & parua pro figuris, et notis erunt in hac arte nobis perutilia: dūmodo eorum naturas, & proprietates sciamus, ut similitudinem dicendorum facilius in eis inuenire possimus, & pro memorandorum simulacris in locis disponere. Ideoque nos in ordinem Alphabeticum disponimus & redigimus ea solum vel quæ noscimus, vel quæ de facili noscere possumus.

Arborum autem & animalium magnorum hic Alphabeta non ponimus, cum supra in primo tractatu, ea videre liceat. Fructicum ergo & herbarum ac paruorum animalium terrestrium coordinationes sub Alphabeto hicinfra redigimus.

Alphabetum fructicum.

A *Bsinthium, quod & ponticum dicitur, Altea, quæ & maluasiluestris, Artemisia vel Ambria, vel Ambriosa, quæ vulgo canapaccia, Artemisia minor, il maciale, Arundo.*

2 Brassica.

3 Canabum.

4 Dipseus

4 *Dipseus.*

E.

5 *Fæniculum.*

6 *Ginesta, vel Genista, & Ginestula.*

7 *Liquiritia, quæ & Glicoria, & Glicoritia dicitur.*

8 *Malua.*

9 *Rubus, Rosmarinus, quod & alij lithos vocant. Rosa, Rannus.*

10 *Sentix, Sambucus.* Saluia, *Synapis.*

11 *Vitis, Vepres.*

ET inter fructices prædicta numerantur à naturalibus, vt apud eos passim est videre, ex quorum libris & alia extrahere poteris.

Alphabetum herbarum vulgarium & plantarum.

ACrimonia, Anetum, *Allium*, Apium, *Asparagus*, *Auena*, Atrunncolus, *Amaranthi.i.sciamitini.*

2 *Bleta*, Beta, *Borago*, *Bulbus*, *Buglossa*, *Batticulæ.*

3 Camomilla, *Capillus veneris*, *Capparis*, Cepa, *Crocus*, Cucumer, *Carduus*, *Centifolium*, Coronopus, Calendula. *Cichorium.*

4 *Dracontea, Targone.*

5 *Endiuia, Elinge, quæ intybus dicitur, Eruca.*

6 *Filix, Fumus terræ, Faba, Far, Faseolum, Fraga, Fabecula, Farmoracium.*

7 *Gragmẽ, Gariofilina.*

8 *Helitropium, Herba*

piperis

piperis, Hyssopus.

9 Iuncus, Intybus i. Endiuia, Intybum erraticum. i. cichorium.

10 Lappa, Lactuca, Lilium, Linum, Lens, Lupinum, Lanceola, Langenia, Lupoli.

11 Maiorana, Melissa, ipsa est Citraria herba, Mētha, Milium, Marrubium, Melones.

12 Nepa, vel nepita, Nasturcium.

13 Ordeum, Origanum, Ocymum.

14 Plantāgo, Pauper, Pepo, Pastinaca, Pidroselinon. Porrus, Pisum, Panicum, Pulegium, Portulaca.

15 Radix, Raphanum, Rapa, Ruta, Rubia, Risum, Robelia.

16 Semper viua herba, ipsa est Iouis barba, Scirpus, Satureia, Serpillum, Saxifragia, Siligo, Sansucus.

17 Trifolion, Titimallus, Timus, Triticum.

18 Viscus, Viola, Urtica, Vacia, vicinia.

19 Yris, Yssopus.

Vernaculo sermone quilibet sibi poterit herbarum notarum abundantißimum Alphabetum formare, quod et suademus, onusq; hoc leuißimum lectori relinquimus, tum quia herbarum nomina apud diuersa loca permaxime uariantur (vt fere omnibus compertum est) tum ne tractatulus noster optata a nobis breuitate priuetur.

Y Alphabetum

Alphabetum Gummarum.

A *Moniacus, Asa= fetida.*

2 *Bernix, Borax, Bidella.*

3 Camphora, Cedria, Colofonia.

4 *Dragantum.*

5 Euforbium.

6 *Gummiarabicum.*

7 *Karabe, vulgo. Labra.*

8 *Lacta, Licium.*

9 *Mastix, Myrrha.*

10 *Opobalsamum, Bal= sami succus est.*

11 *Pinea resina.*

12 Resina *lacrima est arboris cuiuscunque vel fruticis succum sudantis & exhalantis.*

13 *Sarcocolla, Stacte, Storax, Sanguis draconis.*

14 *Thus, Therebentina.*

15 *Viscus.*

16 *Zuccharum, quod infra cannam generatur in Hyspania.*

Similes autem guttas & lacrimas in arboribus frugiferis, vt in cerasio, pruno &c. requiras.

Alphabetum seminum segetum vel leguminum, vel &c.

A *Doreum, quod est tritici genus,* Ani= *sum, Auena.*

2 *Bromos, Branx, genus Farris.*

3 *Candreos, genus tritici: Ciminum, Coriādrum, Cicer.*

4 *Daucus, sumen ban= ciæ.*

5 Eurus,

5 *Eurus, Erismus.*

6 *Faba, Far, Farrago, Faseolus, Fæniculum, Fænum græcum.*

7 *Gith, genus leguminis: cimino similis.*

8 *Erbum siue Orobum, quod vicia dicitur.*

9 *Lens, Lupinus, Lolium. Lini semen.*

10 *Milium.*

11 *Ocynum, Ordeum, Ocymum, quod basilicum vocant.*

12 *Panicum, Piso, Pauer.*

13 *Risum, Rubelia.*

14 *Sesema ex India asportatur, Siligo, genus tritici: Siliqua genus leguminis, Sisamum, Synapis.*

15 *Triticum.*

16 *Vela, Vicia.*

17 *Zea, Zizania, quod secundum S. Hiero. Lolium est.*

Alphabetum florum & fructuum ab herbis & arboribus supra positis quilibet ex se formare poterit.

Alphabetum animantium terrestrium paruorum.

Araneus, Ascarides.

2 *Buso, Borax, Brucus, Bracta, Buprestis.*

3 *Cimex, Culex, Camaleon, Centipeda vermis pilosus est, Crysalis, Cossus, Cicidile, Costi, Cnips, qui in ligno vermiculus est, Cips frumenta corrodit, Curculio.*

4 *Eruca, Emigraneus.*

5 *Gurgulio, qui in faba est. Gryllus, Galba.*

6 *Hepacontinus, Herpes.*

7 *Ips vermis est, Icthis.*

8 *Lita, Locusta*, Lumbricus, Londes, Lacertus, Leontephon.

9 *Melolantha, Millepeda, Milochos, Mida, qui in faba, Mirmecio, Mirmicoleon.*

10 *Opimacus, Ololygon.*

11 *Pulex*, Pediculus.

12 Ricinus, *qui canum auribus inhæret.*

13 Scorpius, Sanguisuga.

14 *Tarmus, Teredo,* Tinea.

15 V*sia, qui vermis est porcorum, eos urens, viuerra.*

H*Aec dicta sint de figuris, quæ quomodolibet ad terrã pertinent: nunc de aquatilibus. &c.*

De figuris aquatilibus Aereis & igneis, quæ in aquis, in igne & aere inueniuntur pro figuris nobis inseruient. Primo igitur hæc inueniuntur in aquis. Cap. IIII.



Hune, Anguilla, Aranea, Allec, Ariens, Arni.

2 *Barchora, Balena, Borbotha, Botha, Brenna.*

3 *Caab, Canis, Cancer, Cetus: de quo S. Ambros. qu d si quando supernatet fluctibus, ambulare insulas putes,*

putes, Coruus, Conger, *Conche.*

4 *Draco, Delphinus, Dentrix, Dies, qui vna tātum die viuit.*

15 *Equus, Echinus, Effimeron, Eceola, concha est margaritifera.*

6 *Felco, Foca, Fasta=leon, Ficis, Fasten.*

7 *Galata, Gammacus, Gobio, Granus, Gladius.*

8 *Hirundo, Hircus, Hamio.*

9 *Karabo, Kilon, Kolchi.*

10 *Iricius, Icinus marinus.*

11 Lucius, Lupus, Lepus, Leo, Locusta.

12 *Mulus, Mustella, Mugilis, Miluus, Mæna.*

13 *Narcos,* Nubes, Nau*tilos.*

14 *Ostrea,* Orca, Orbis.

15 *Porcus, Purpura, Pinna, Plais, Perna, Pistrix.*

16 *Rombus,* Raba, R*a=na marina.*

17 *Stella, Scorpio, Stu=rio,* Salmo, Scolopendra.

18 *Torpedo,* Tructa, *Thinnus, Tenca,* Trebio.

19 Vulpis, *Vitulus marinus. venth.*

20 *Zedrosus, Zefio.*

Et plura alia quæ breuitatis causa omittuntur.

Quæ in aere inueniuntur in duplici differentia, quædam ibi generantur, & per aliquod tempus ibidem manēt, & apparent: quædam solum ibi pertranseunt.

Quæ ibi generātur sunt impreßiones Aereæ, uel Igneæ, quorum omnium Alphabetum *ponimus, vt eorum facilius riminiscamur, & eis cum voluerimus, pro figuris memorandorum vti suo loco poßimus.*

A *sub,*

A Sub, Aqua.

2 Barbata stella, quæ ex cometarum genere est, Bruma.

3 Crinita stella, quæ ex cometarum genere est. Columna ardens, Capræ saltãtes, Corruscationes.

4 Domus ardens, Draco volans.

5 Fatuus ignis, Fulgura, Foramina cæli.

6 Grando, Grãdenula.

7 Halo.i. corona circa Solem Lunam vel aliquam stellam.

8 Ignis cadens, Iris.

9 Lancea ardẽs.

10 Manna, Mellis quædam species, qui vulgo dicitur melata.

11 Nimbus ventorum, Nix, Nubes variæ.

12 Perpendicularis ignis Pruina, Paraylij.

13 Ros.

14 Scintillæ tanquam à fornace egredientes, Stellæ cadentes.

15 Turbines ventorum.

16 Virgæ rubeæ, Albæ, Virides aliorumque colorũ. Venti varij, Vapores varij ascendentes. Extra hæc diaboli ibidem sunt, tanquã in carcere, vt supra diximus, quibus pro figuris (& si sint inuisibiles) vti poterimus.

QVæ autem tibi per aerem.s.pertranseunt, sunt volucres pennatæ & volatilia cætera, quæ optimè pro figuris vti poterimus. secãtur autem animalia hæc in animalia Maiora & minora: de vtrisque autem Alphabeta ponimus, tum vulgariter, tum latino sermone.

Alphabeto

Alphabeto de vcelli.

A Lodola, Accegggia, Anitra, Aſtore, Allocho, Accertello o Aßiolo, Auoltoio.

Bubbola, Barbagianni, Buzago, Brauieri, che è piccolo, Bonicola ſimile alla ſtarna, Bechafico.

Cicogna, Cigni, Colombelle, Cuculio, Cecero, Corbo, Cornacchia, Capinera, Cingallegra, Calẽzuolo, Calderino, Cutretala.

Formicone, Folaghe, Fagiano, Fringuello, Forciglione, Fioraliſo, Fruſone, Fanello.

Germani, Gru, Gallo, Grifone, Gazza, Gaza marina, Ghiandaia, Geppio, Guſo.

Lucherini, Luſignoli.

Moriglioni, Mozzetti: vccelli d'acque tutti duoi, Merle, Mergoni, o Mugnaij, Montanelli.

Nibbio.

Ocha.

Paſſere de diuerſe ſpecie, Pagone, Papagallo, Piſpola, Pettiroſſo.

Quaglia.

Rigogoli, Raperini, Rondoni.

Smeriglo, Starne, Stornello, Struzolo, Smerlo, che piglia le allodole, Scriciolo.

Terzuolo, Tordo, Tortole.

Zigoli.

Alphabetum

Alphabetum Auium latino sermone.

AQuila, Ardea, Accipiter, Anas, Alauda, Achantis, qui et carduelis secundum Isid. Acriophilon, Alcedo, Astur, Apos, Aegoncephalus.

2 Bubo, Botaurus, qui in genere est accipitrum, Bistarda, Benosa, Berencha.

3 Ciconia, Cuculus, Crochilus, qui & rex auium dicitur, Coruus, Cornix, Capo cygnus, quæ est olor, Columba, Coturnix, Calandrius, Cypsellus.

4 Diomedis, quæ & herodius.

5 Egythus, Emeria, Ercinia, Erythacus.

Falco vel herodius, vel Girifalco vel Diomedis, Ficedula, Fringilla, Fasianus.

Grues, Gallus, Graculus, Grippes,

Ibis auis Nili fluminis.

Harpia, auis rapax in Arabia, ferè semper insatiabilis, Hirundo, Hulula, Hybris.

Kokis, & cornix, idem est.

Linachos, Lucinia, Lagus, Laro, Leucon.

Mergus, Miluus, Monedula, Merula.

Nicticorax, Nisus.

Onocrotalus, Othus, assiolo, Ossifraga, Opimachus, Oriolus, Osina, Otis,

Palumbus, Pauo, Pellicanus, Perdix, Phenix, Pica, Picus, Psittacus, Passer.

Querquedula.

Regulus, Riparia, Rustica.

Struthio, Sturnus, Seleutidis, Strophilus.

Turdus,

Turdus, Turtur, Tarda, Tragompan, Terraneola.

Upupa, Vultur, Velia, Vespertilio, Vanellus, Vlula, Vipio.

Alphabetum paruorum volatilium.

A*Pes, Asilus.*
Bibio.
Cantharis, Cinifex, *Cinomia, Culex,* Cicada, *Conops, Cicindula, quæ & nitedula.*

4 *Engula.*

5 *Fucus, Formicoleon.*

6 *Grillus.*

7 *Ihcneumon, vespa maior.*

8 *Lampyrides, ex genere sunt scarabæorum.*

9 *Musca.*

10 *Nitedula, & Noctiluca.*

11 *Papilio,* Phalena, *Farfalla.*

12 *Scarabæus, Scabro,* Sphalangio.

13 *Tabanus.*

14 *Vespis.*

F*Iguræ autem, quæ in igne inueniuntur sunt Galaxia intercisa, &* Galaxia *continua, quæ in ignis regione, secundum* Authorem *prospectiuæ respiciuntur, non autem secundum* Albertum *Magnum.*

De figuris cœlestibus, & supra cœlestibus. Cap. V.



Oeli omnes extra Empireum non solum pro locis, verum etiam pro figuris seruient. Imm o & Empireum, si extra illud & supra, aliud quid (ipsum continens) imaginaberis. Cœli autem sunt. xj. Quorum primi septem planetis septem insigniti sunt, à quibus & denominantur. Cælum enim vbi Luna *est, Cælum dicitur* Lunæ: *& sic de cæteris: Oēs autem cæli & septē errantia sydera, Quadraginta & octo figuræ firmamēti, et eas quas supra in prima parte cap.4. figuras supra cælum quodlibet finximus, pro tot nostræ artis figuris inseruient.*

Quadraginta autem & octo figuris octauæ Spheræ sub ordine alphabeti, ea hic infra digessimus, ratione quā superius adduximus.

A*Ries*, Aquarius, Arthofilax, *quod et* Arcturum, *&* Bootes *dicitur*, Anguis, Andromeda, Anguis ophiuchi, Aquila, *equus alatus, quod & pegasus*, Argo, *quod & nauis dicitur*, Ara.

2 *Bootes, quod & arcturum vt diximus.*

3 *Cynosura, quod & Phænice, & vrsa maior,* Cygnus, *quod & Holor, Circulus Iunonius, Cepheus, Caßiopea, Caput Medusæ, Canicula, quod est canis maior, quod procion, Cancer, Capricornus, Cetus, quod &*

& Pistrix, Chiron, quod phillyrides, Ciphus, Coruus.

4 Draco, Delphin, Deltoton, quod & triangulus.

5 Elice, quod & vrsa minor, Engonasis, quod Genunixus, Eridanus, Egoceros, quod & Capricornus, Ericthonius, quod & Heniochus, & Auriga.

6 Fidicula, quod & Lyra.

7 Gemini, Genunixus supra Engonasis.

8 Holor, quod & Cygnus, Eniochos, de quibus supra, Hydra.

9 Lyra, supra sub nomine fidiculæ, Lepus, Lugulæ, vel iugula, quod & Orion, Leo, Libra.

10 Nauis supra Argo, Notius piscis.

11 Ophiuchus, Anguifer, Orion de quo. s. Lugulæ.

12 Perseus, Pegasus .i. equus alatus, Piscis, Phænice, quod & vrsa minor, & cynosura, vt supra dictum est, Pistrix, quod & Cetus, Procyon, quod & canis minor, vt supra, Phillyrides, quod & chiron, Piscis notius, vt supra.

13 Sagitta, Sagittarius, Sinus, Scorpius.

14 Taurus.

15 Vrsa maior, Vrsa minor, Virgo.

SVper cœlestes autem figuræ sunt, Angelici Spiritus Sancti homines & Mulieres, & quæ ibidem dispositiones, ordines, & Gradus inter illos sunt, vt supra diximus. Item plateæ ex auro purißimo: fons arbor vitæ: Portæ: Conuiuiũ & mensæ: Turres &c. de quibus supra.

De Artificialibus figuris.
Cap. VI.



Rtificiales figuræ sunt quæ arte, non natura consurgunt, ea autem ab artificibus facta in nostram utilitatem assumimus. sunt autem Palatia, Domus, Mansiones, Apothecæ & singula his similia, quæ supra pro locis enumerauimus. Nec dedecet in hac arte (ut iam supra diximus) quod illud, quod pro loco aliquando habuimus, pro figura altera vice habeamus: dummodo, quod pro loco antea habuimus, si aliquãdo pro figura habere velimus, loco alicui affigatur, qui tamen locus ita sit capax, quod continere & capere poßit figuram. Cuius modi autem loca, quæ pro figuris volueris, (scilicet ædificia diuersa &c.) vel ibidem, vbi sunt, pro figuris deseruient, vel etiam per imaginationem alicubi transferre poteris, si tibi opus fuerit. Quod raro vel nunquã fieri consultißimum erit.

Inter figuras artificiales computantur etiam vniuersa, quæ in prædictis enumeratis, aut similibus enumerãdis ædificijs conduntur, & reserantur, Vt puta quæ in palatijs, in monasterijs, in domibus, in apothecis &c. inueniuntur. quãuis illorum multa naturalia sint, sicuti sunt frumentum, vinum, Panni: Et domus, aut palatij supellectilia quæque.

Inter prædictas artificiales figuras connumerantur instrumẽta omnia cuiusuis artificis, vt serra, ut malleus &c. Hæc autem instrumenta pro comperto habeas in hac arte

valere

valere quamplurimum, & ea tibi permaxime profutura eſſe pollicemur: qua propter huius artis cupidum, monitum eſſe volumus, ut multorum artificum inſtrumenta pernoſcat, & in ſcripto ea ordine alphabetico redigat & conſeruet, quouſq; familiaria ſibi reddantur, ut cum fuerit oportunum aliquod vel aliqua illorum inſtrumentorum producat, & eo vel eis pro figuris valeat uti: Diximus autem, quod multarum artium inſtrumenta in alphabeti ordinem redigenda ſunt, cuius dicti ratio præſto eſt.

Si quis enim fabrilignarij inſtrumenta cognoſcat alphabetico ordine, facilius eorum cum voluerit reminiſci poterit (cum ordo memoriam adiuuet, teſte Ariſto. & Cicerone) ac inſuper eis pro literis uti velit (ut infra dicimus) ea magis in promptu habere poterit, quæ ſuo ſeruire poßint propoſito.

Figuras etiam artificiales appellamus, Alphabeti Elementa. ſunt autē tria principalia alphabeta notißima multis. latinum, quod conſtat notis Vigintitribus.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Græcum, quod conſtat literis infraſcriptis.

α β γ δ ε η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ χ φ ψ ω.

Alphabetum Hebraicum.

DALET ד	GIMEL ג	BET ב	ALEPH א
HET ח	ZAI ז	VAV ו	HE ה
CAPH ך	CAPH כ	IOTH י	TETH ט
NVN נ	MEM ם	MEM מ	LAMECH ל
PHE פ	AYN ע	SAMECH ס	NVN ן
COPH ק	SADE ץ	SADE צ	PHE ף
ALPHA HEBRA-	TAV ת	SIN ש	RES ר

Alphabetum, Perſarum, Turcarum omniumq́; Arabum.

NAV	ELIPH	LAM	GE	NVLA
CAPH	EIER	LAM	MIM	MIM
TY	ZI	HAIN	GAIN	EE.
XE	SIN	SSIN	SAT	ZAT
CHE	CHI	DAL	ZEL	RI
ELIPH	BE	TE	THE	ZIM

Alphabetum Caldaicum.

DALETH	GIMEL	BETH	ALEPH
HETB	ZAIN	VAV	HE
LAMED	CAPH	IOD	THEH
HAIN	SAMECH	NVN	MEM
RESS	COF	ZADI	PE
ALPHA BETV̄	CALDE VM	TAV	SCIN

HOc in loco ne te pertranseat alia plura alphabeta à naturalibus rebus nos accipere posse: Etenim ab anima=libus alphabetum vnum accipimus, hoc modo. Pro litera A. Sumimus animal cuius nomẽ ab eadem incipiat littera, verbi gratia, Agnum. pro B. bouem, pro C. Capram &c.

Quod sanè alphabetum vberrimum est, dum in eo quælibet littera nobis multiplicatur, quoniam sub eadẽ littera, plurium animalium nomina incipere noscimus, verbi gra=tia, sub a. littera scimus esse hæc Nomina animalium. s. A=gni, Arietis, Asini. hoc autem est nobis commodo & neces=sitati. nam si plurium litterarum species & figuras volu=mus: eis abundamus. Eodem autem modo à cæteris simili=bus naturalium rerum ordinibus alphabeta accipere possu=mus. Quapropter hic te meminisse oportet naturalium illa=rum rerum, & mineralium & lapidum, & animalium & herbarum, & arborum, & volucrum, & Cælestium fi=gurarum, & cæterorum omnium, quorum supra mentionẽ fecimus, & alphabeta posuimus, in prima & in secunda hac parte: quæ ibidem ipsa videre potes.

At forsan tibi illa minime sufficiunt, vel in promptu (tibi inquam non sunt, vel etiam semper eis vti non libet) ad diuersorum artificum mercimonia confugias, & cuiusli=bet artificis mercimonia in alphabeti ordinem digesta ha=beas, quibus pro litteris vti poteris, si eorum nominum qui=bus a nobis appellantur principia sumas: vt de Animali=bus, & Arboribus, alijsq; rebus supra diximus.

Cuiuslibet etiam artificis instrumenta, sub alphabeti or-

A a dine

dine congregabis, quæ eo modo quo supra de alijs rebus diximus, pro literis inseruient.

Alio *autem modo, & quidem optimo, præter alphabeta prædicta alterũ formare & habere poterimus, si videlicet figuram talis litteræ, verbi gratia.* C.*diligenter consideremus, & ad naturalia seu artificialia confugientes, ac figuram tantum illorum attendentes, quod eiusdem figuræ, vel saltem similis esse iudicabimus, pro tali littera, cuius similitudinem res talis habet, sumamus, uerbi gratia, pro.*C.*littera semicirculum: cuius.*C.*littera similitudinem habet.*

V*erum experti sumus inter cætera alphabeta istius modi alphabetum pro maiori parte sui ab artificialibus sumptũ instrumentis, maiorẽ quã alia aphabeta nobis vtilitatẽ præstare. quod euenit, tum quia instrumenta artificum, vt in pluribus familiariora sunt nobis, eorumq; multa sæpe sæpius & præ manibus & præ oculis habere contingit:* T*um demum, quia à se inuicem figuræ diuersificantur: quod plurimum nostræ conducit memoriæ. & propterea hic infra id uolumus ordinare, & illud quidem vernaculo idiomate ponere, ne eorum aliquod circumscribere cogamur, quod clare aliquis habere, & aperto vocabulo intelligere vellet.*

Alphabetum

Alphabetum sumptum à similibus figuris rerum artificialium, vel etiam aliquando naturalium.

A Squadra de muratori, Archipendolo de' medesimi Compasso e Seste, grande di legno da legnaiuoli. Vna Scala in tre pie che si usano à potare e cogliere frutti.

B. Acciaiuolo, Ceppi di ferro ritti da vna bãda: ferro da finestre, doue si tengono e pannelli. &c.

C. Corno: mezo cerchio: ferro da cauallo: Luna quando e piccola.

D. Meza luna, Bigonciuolo, co' manichi disteso. Manaia, Cestone bocconi, cioè rimboccato in terra.

E. Vna meza ruota, una Ancora p il trauerso ritta, sega col legno dalla parte della corda, Capellinaio, Rastrello, Pettini: Forcone, tutte quattro queste cose ritte per canto, ti rappresenteranno la lettera E. volte all'ingiu la lettera. M. Archetto da sonare la lira anchor potrà seruir per E.

F. Vna falce fenaia col ferro volto all'insu, una scimitarra fitta in terra.

G. Vna chiocciola, Vna cornamusa, Vna Gucchiara da muratori i. Cazuola, ò mestola volta all'insu, Vna sega da segar grano col piede all'ingiu, fiaschetto strozato.

H. vna botte sbarrata. Dua colonne legate con una fune nel mezo.

I. Vno oncino da corre i frutti, vna Colonna, Vn Pesce attaccato, vna bacchetta ritta, Vno spontone da Peregrini, Vna Torre, Vn campanile.

L. Scura, o acetta col ferro all'ingiu, Squadra da scarpellino d'ottone e ritta, Alare ò Capo fuoco.

M. Vn Trepie da caldaie, Deschetto, Corona uolta all'ingiu, Aquila che voli all'insu, tutte q̃ste cose che seruano per E volte all'ingiu seruiranno per M.

N. Vna fune legata à due Colonne ò pali, vn paio di forche, vn paio di Molle.

O. Cerchio da botte, Vn popone, mela pesca, ò simili frutti, di simil figura rotonda, Sonaglio, Mondo dipinto, e molte altre cose.

P. Pastorale, Bandiera meza ripiegata, Meza forbicia da sarto col manico al l'insu, ò da cimatori anchora.

Q. Vna parte di forbicia da cimatori, con tutto quel torto, che ha da lato doue si tiene in mano, & questa sia uolta per il trauerso.

R. Vn paio di tanaglie, che sieno torte da vno de piedi, e stien volte all'insu alquanto aperte.

S. Serpe, Tromba torta, Coda di porco.

T. Martello, Martellina, Beccastrino da muratori, Succhiello, Anchudine.

V. Rasoio mezo aperto all'insu, Vn paio di Seste meze aperte all'insu: strettoio da libri: molle uolte all'insu dua dita aperte all'insu, & similia.

X. Vna Croce, Naue con la vela raccolta à trauerso allo arboro.

Y. Vitticcio di vite, ò Zuccha, &c col quale si lega, &

ga, & s'attacca à pali, che li sono dati per regimento.


Z. Lappa col manico al= l'ingiu, messa à trauerso, cioè à stiancio.

SEcundum ordinem istum prædictis litterarum figuris, alias addere poteris, & forsan conuenientiores, quæ, tibi saltem, magis supradictis vtiles erunt.

Notandum est autem circa prædictas figuras, situm illarum valere quamplurimum. Refert *enim multum si isto vel illo modo ponantur. Malleus enim nunquam. T. litteram demonstrabit, nisi erectus ponatur alicubi, sicque de alijs.* At *si istarum multæ figuræ tibi minime placeat, alias quære, & memineris dicti Ciceronis, quòd eædẽ figuræ rerum memorandarum, omnibus haud placent.* Facile *enim erit inuentis addere.*

Sequuntur Figuræ.










S PETRVS APOSTOLVS



Iterum de figuris artificialibus alijs à prædictis Cap. VII.


Vnt quædam res naturales vel artificiales, quæ literas alphabeticas nobis representare poterunt: quas inter artificiales figuras connumeramus, eo quod mentis nostræ artificio in literas alphabeticas assumimus: Quibus deinde literis pro figuris sumimus, sicut supra laté dictum est. Has vero res in figuras assumptas, sub quatuor alphabetis redegimus & disposuimus, vt infra patebit. Alphabetum primum à diuersis hominis membris sumimus: eo quod aliqua eiusdem hominis membra figura tantum, alia uero non tantum figura, sed diuersa positione varioq; situ gestisq; disposita, diuersas alphabeti literas exprimunt, & demonstrant. verum tamẽ notato, quod homo in suis mẽbris & gestis et diuersa dispositione, varias præseferens literas erga te imaginationẽ videlicet tuam, hic uel ibi locatus sit: ita quod tu ipse faciẽ vel renes eius vel humerum vel & cætera pro ut opus fuerit aspicias. Situs enim varius diuersaq; positio multum nostro negocio vel prodest vel obest. A. igitur huius caracteris dabit homo ante suam imaginationem locatus: seiunctis ab inuicem cruribus, imisq; pedibus stans vel sedens.

Item A dabit cauum imi pedis cuiuslibet hominis.

α. Huius caracteris si ligatis manibus ante pectus appareat: vel brachijs super alterutrum dispositis.

α. Iterum sutor vel Turca sedens pedibus in crucis mo-

dum collectis. A *.talis characteris stomaci donat figura.*

B. Dabit nasus aquilinus.

b. Huius characteris dabit homo retortum sup humerum sinistrum brachium tenens.

C. *In amplexum vnico vel duobus brachijs ruens.*

d. Si dextrum brachium supra dextrum humerum retortum teneat.

ɒ. Huius caracteris si sinistrum brachium supra caput reflexerit. d. huius characteris si dextrum reflexerit supra caput.

D. huius signi: corpus hominis prominens.

E. Si manum vel pedem nudum digitis a se inuicem se iunctis ostendet.

T. Si dextrum in altum erexerit brachium, sinistro in eius medio in modum crucis transuerso. Iterum si sinistro pede in terra defixo transuersaliter sinistrum super illum retorserit.

G. *Si sinistrum ad pectus brachium reflexum tenuerit dextro in figura* C *.protenso. Item: qualibet auricula eandem præsefert literam.*

H. Si inter genu dextrū sinistrumq; baculum aut aliud quid ea quasi aperiens posueris.

I. Si in altum protenderit brachium.

j. Huius figuræ si extenso in altum brachio manum parumper reflexerit.

K. Si brachij sinistri cubitum cincturæ lateriq; contiguū teneat, reliquo brachij à cubitu. s. & sursum in ante extensum:

sum: Item eodem modo coxa super coxam dispositа: Iterum membra quæ α. dant.

L. *Si extenso sinistro brachio: uel pede, si in alto vel ambobus pedibus si in terra sedeat homo, dabit.*

M. Si brachium inter crura deflexerit. vel si in modum misericordiam poscentis deorsum vtraque deflexerit brachia: uel si manus vel pedis digitos deorsum extenderit.

n. *Si in loco sublimi sedens pedes pendentes teneat.*

N. Huius figuræ si inter eos aliquid transuersaliter posuerit.

O. *Brachia circulum componētia: uel Caput: Os apertū.*

o. *Paruum vterq; oculus, umbilicus, cæteraq; id genus.*

P. vtraque coxendicum propter conglobatam carnē versus os sacrum: Iterum quælibet sura cum tibia, quæ est os cruris.

p. Paruum dabit vterq; pollex.

q. Huius characteris ea membra dabunt, quæ supra b. dedere: dummodo diuerso disponantur situ: & dextris pro sinistris vtamur.


R.)
S.) Dabunt capilli retorti


S. *Iterū dabit homo pede retro reflexo, & in ante capite inclinans & pendens sicut qui reuerentiam alicui præbet, facere solet.*

T. Manus super caput disposita dabit: vel homo sedēs, suramq; supra genu tenens.

V*traq; brachia uel pedes in altū erecti et extēsi donāt.*


E
T
E
A
O
KR
E
P
P
A
L


R S
O
B
O
E
E
M
D
d


TOTA SINISTRIS.


8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Alphabetum à varia digitorum dispositione desumptum.

α. Huius præcedentis characteris compones, si pollicem supra indicem transuersum aliquo in homine confinxeris.

A. *Si indice & minimo terram versus protensis alios ad volam plicatos homo tenuerit: Quod in vtraque manu fieri facilime poterit, a minorem habebis, si pollicem dextræ manus prædictus homo in terram extenderit, indice tamen sub eodem curuato.*

b. Si pollicem dextrum in figuram cuiusdam arcus ad indicem deflexerit. At e *conuerso in sinistra eueniet manu, Nã in altum pollice extenso, indicem ad pollicem incuruare oportet.*

C. *Si index & pollex cuius vis manus se in semicirculi figuram retorserint.*

d. Dabit index dexter, si se ad pollicis retorserit mediũ.

D. *autem huius figuræ dabit index isdem ad verticẽ pollicis deflexus.*

E. Si digitos tres vel & simul oẽs extenderit homo non in altum non in terrã. nam M. daret: sed erga te verterit.

F. Si digito medio ad cælum erecto, index (in prædicto homine ante te, vel imaginationem, posito) transuersus in crucis modum confingatur.

G. *Dabit index aliquantulum retortus, & sub eo pollex curuatus, quasi ad c figuram componendam: dummodo tamen plus in se ipsum idem pollex retorserit, quam index.*

H. Ea=

H.Eadem digitorum compoſitio dabit: quæ A. talis characteris dedit. hoc tamen obſeruato, quòd index & minimus ſurſum eleuentur, non deorſum incuruentur.

I.Quilibet digitorum in altum protenſus.

L.*Figurabitur, ſi index vel pollex in altum, in qualibet manu ſe eleuauerint, vno eorum in latus extenſo.*

M.Sicut & E.componitur: ſitu tamen manus variato, vt ſupra diximus.

N.n.Index & medius verſus terram extenti: vel melius.

Pollex & index verſus terram diſpoſiti, ab inuicem tamen ſeiuncti.

O.Si pollex cum indice in ſummitate ſe coniunxerit, in quauis manu.

P.p.Si indici dextro hominis ad terram extenſo pollex ſe retorſerit.

q. Figurabitur ſi è conuerſo pollex ad terram in eodem homine diſpoſito, ad eum ſe reflexerit index. Reliquas literas varia digitorum compoſitione conficere poteris.

Hic quæſo notato, quòd harum, quas ſcripſimus literarum quaſdam in vtraque manu hominis ante tuam imaginationem poſiti, vel & in qualibet tuarum manuum abſq; aliqua variatione videre potes: quaſdã tamẽ in vna manu non in altera cernes: Quod ſitus diuerſitate contingit: ſicut ſupra de b.litera notauimus.verum & animaduertito quòd has literas, quas infra digitorum varia diſpoſitione formatas inuenies, in manu tua ſiniſtra vt plurimum

diſpoſuimus, & tamen quæ ſcripſimus in manu dextra hominis vel hominũ ante te poſitorum formauimus: hac ratione permoti: vt illarum quas ſcripſimus legendo, & inſpiciendo, iſtarum quas lineas formauimus inſpiciendo tantum vberem copiam habeas, et vtriſq; demum abundes: abſq; noſtri operis optatæ detrimento breuitatis.

Sequuntur Figuræ.




A
A
A
b
b
b
C
C
C
D
D
D


E
E
E
F
F
F
G
G
G
H
H
H


I
I
I
L
L
L
M
M
M
N
N
N


O
O
O
P
P
P
Q
Q
Q
S
S


T
T
V
V
X

Alphabetum à vocibus hominis naturaliter significantibus: vel saltem non perfectè de articulatis extractum.

A Dabit hominis quædam vox exprobrantis vel etiam minantis: vel iterum hominis dignum inimico supplicium non inuenientis, idcirco conquerentis.

B. dabit indignati hominis minantisq; vox: eandemq; literam replicantis, addita litera vocali. a. vel e.

C. Vt infra.

D. Vt infra.

E. Vox aliquem ab incepto opere vel sæuitia &c. prætextu misericordiæ retrahere cupientis: vel vox ad verecundiam inducentis.

F. vox ventum validum: vel arcus bellici sonum exprimere tentantis: addita tamen vocali litera v.

V. vox tædium interius uel infirmitatem gemitu quodam demonstrantis.

Z. vox citharedum male pulsantem deridens: addita vocali. o. vel u.

Reliquas alphabeti literas & duplicatas & triplicatas: supradictasq; insuper ingeminatas: & vt plurimum syllabatas, quod maximo adiumento est, exprimunt homines diuersas aues & animalia aduocando: expellendo: onerando: stimulando: percutiendo &c.

Has

Has ergo hominum voces diuerſas, & ſi negocio noſtro perutiles eſſe fateamur: attamen hic infra ponere volumus: Quilibet ergo artis huius percupidus, eas ſibi profuturas excogitet: ſciatq; hanc artem in ſuo effectu quidem egregiam nobilem deſiderabilemq; exiſtere: veruntamen in vſu ipſius eam quandoquidem in quibuſdam vilibus abiectiſq; rebus & prope deridendis valere multum: vigere quã plurimum & ſæpius conſiſtere: Nec ſine ratione authoritateq; loquimur. Nam imagines, quæ admirationem & riſum) vel aliquid huiuſmodi (vt Cicero & Rauennas aſſerunt, excitarint, alijs meliores inueniuntur.

Alphabetum a quorundam animalium vocibus, & quibuſdam rerum ſonitibus expreſſum: deſumptum.

A. *Dabunt Anates, dum tretinunt, Anſeres, dum gratitant: Iterum Aſellus rudens & oncans.*

B. Bos vel Taurus mugiens: Ouis balans. Canis latrans: vulpis gãniens: Bubo bubans: vpupa ſuo cantu.

C. Coruus crocitans: Graculus frigulans: Gallus cucuriens: & Gallina gracillans.

D. Campanæ paulatim pulſatæ ſonus.

F. Fragor Arborum: Felis rixans: ventus valide proflans.

G. Grus dum gruit: Sues grunnientes: Grilli dum grillant.

grillant.

I. Equus Hinniens.

L. Vox cuiusdam auiculæ.

M. Miluus dum lippit.

P. Passer pipiens. Plausus manuum: sonus exufflantis.

Q. Noctua cucubans: Cuculus cuculans.

R. Rana coaxans: R*u*=*betæ conclamantes.*

S. *Strix & vespertilio stridentes: serpens sibillans: Murium stridores.*

T. Cl*angor buccinæ: sonus cornu.*

T. Sonus guttæ super petram cadentis: vel saxi in terram.

V. Vllula vel secundũ alios ulula vlulans.

Z. Apes bombilantes. Regulus & merops zinzulilantes: scarabei: vespes sonum suum emittentes.

ALias penè infinitas figuras quilibet his visis excogitare poterit diuersis suis conceptibus comminiscẽdis inseruientes: Nam figuris abundare diuersis quilibet huius artis cupidus: quique quam plurima memoriæ mandare desiderat, necessarium admodum esse pernoscet.



De applicatione in communi figurarum prę dictarum ad memoranda: & è conuerso memorandorum ad figuras. Cap. VIII.



Ositis figuris, nunc consequenter quomodo ad memoranda applicentur, dicendum restat. Similitudo autem in re hac figurarum ad memoranda & è conuerso: tota est ratio istiusmodi applicationis. Ea propter quot modis res aliqua alteri sit similis, indicare conabimur. Verum enim vero antequam vltra progrediamur, prætereundum non est, quòd si aliquod, cuius meminisse volo, præ manibus habeo, eius similitudinē non quæram, sed ipsummet, tali loco, vel angulo reponam: vt puta si repetenda essent à me vniuersa, quæ in hac nostra mansione & cella, conduntur: omnia illa suis locis ordinate disponere: & tempore suo: ordine quo sunt dispositæ, mente percurrerem simul, ac memoriter retinere conarer.

Cæterum, quoniam vt plurimum quorum recordari volumus copiam non habemus: idcirco ad similes res debemus recurrere, quæ aliquo modo prædicta nostræ menti repræsentare valeant, & per similitudinem, quam habent ad ea: illorum imagines fieri: quibus uisis mens, eorum (quorum sunt imagines, et similitudinem representant) recordari ualeat.

Similitudo ergo hac in arte, tota est ratio inueniendi applicandiq; ad memorāda figuras: Ea propter quomodo multis modis, aliqua res alteri sit similis ratione & apertis exemplis

exemplis declarare tentabimus. Et hoc expleto, quomodo ad literas, sententias conceptusque comminiscendos, applicentur figuræ: subinde docebimus.

1. Est autem res aliqua alteri similis in substantia vel corporali, vel abstracta: quamobrem unam pro alia sumere potero.

Ponamus discursum aliquem, & subnectamus applicationem: quod nobis pro exemplo erit.

De excellentia hominis locuturus sum, de qua multa dicendo, ad hunc discursum deuenio, quod scilicet.

Homo creaturarum omnium corporalium & subcælestium maxima est. Homo est enim præstātissimum animal, ait Aristo. Quid aio? & etiam corpora cælestia sua dignitate & nobilitate præcellit: ipsosque attingit angelos, cum sit medius inter corporea, & pura intellectualia. Etenim homo non immerito dicitur Microcosmos. i. paruus mundus, omniumq; creaturarum nexus pulcherrimus, qui omnium subcælestium pfectiones miro in se modo recludit.

Discurrite, quæso, per singula quæque. Videte terram, āc inde nostras perspicite carnes, hinc & attendite illā, quodam excellenti modo in nostra carne recludi: Tetro enim colore in se ipsa terra nigrescit: at carnibus in nostris ipsa perlucet.

In ossibus lapides saluantur, et marmora: In carne, ista: in terra illa conclusa.

Terra aqua perfunditur. Flegma, humores quoque omnes aquæ præseferunt elementum, ac multoties circumqua-

que

que abundanti sudore membra nostra madida efficiuntur, tanquam Aegyptus Nilo &c.

Aerem respirat homo, ac in se calorem retinet ignis.

Cælo insuper ipso, in suo corpore excelletior (si tamen cælum absque anima esse fateamur) inuenitur: proinde in animæ suæ substantia angelis etiã, qui separatæ dicuntur substantiæ, ac à materia prorsus abstractæ, comparantur & similantur.

Totum hunc discursum locare poteris in locis, qui supra amplißimi vocitantur: Ita vt primo terram sumas: deinde elementa cætera: cælum etiam, demum angelos, qui supra cælos sunt.

Terra ergo carnem: lapides ossa, Aqua humores, Aer halitum: Ignis calorem: cælum corpus: Angelus animam hominis representabit. Hinc per totum discursum vnam substantiam poni pro altera cernis: & vides vtpote terram pro carne, aquam pro humoribus &c. quod & clarius apparet in supradictis vltimis duabus collationibus, prædicti discursus.

Obiter autem scias, similes discursus (vt etiam tu ipse experientia comprobabis) duo loca aptißima vbi locentur, habere diuersasq́ figuras: etenim discursus prædictus aliiq́ similes in homine locari possunt, in eius s. carne terram: in oßibus saxa: in anhelitu aerem: quorum omnium prædicta similitudinem habent. quamobrem & figuræ insuper esse possunt, Caro. s. ossa, anhelitus & cætera iam dicta: Ita tamen, quòd vbi prius terra Carnem mihi representabat, &

eius

eius erat figura: & aqua humores, & sic de alijs: modo caro terram repræsentat, humores aquam &c.

Nec mireris, quòd eædem res, quæ pro locis seruiunt in vno & eodem discursu minime alterato, ac in eodem tempore, etiam pro figuris deseruiant. in consimilibus enim discursibus easdem res & figuras esse & loca non dedecet; satis est enim tales illas res, ab aliquo alio contineri, verbi gratia, in hoc discursu præposito, satis est hominem (in cuius partibus locauimus, & designauimus carnem terram repræsentantem: ossa lapides: &c.) ponere et obfirmare in tali uel tali angulo. Forte dubitas in eodem discursu, cum terra carnem repræsentat, aqua humores &c. vt supra: ubi istiusmodi elementa & cælos pro figuris habes, quis locus tales continere possit figuras, satis est, inquam, ipsam .s. terram aquam aerem &c. (cum sumuntur non pro locis, sed pro figuris) a suis contineri & ambiri partibus, quæ partes vicem locorum gerunt. Et tamen in prædicto discursu posito, verbi gratia in terra istius claustri vel plateæ, ea terra mihi sufficit pro terra, quæ carnem repræsentet, quæque carnis comminiscendæ existat figura: quæ profecto terræ portio, ab alijs reliquis terræ partibus, (verbi gratia reliqua terra) continetur, & circundatur tanquam à suo loco &c. Idem de alijs elementis similibus dicimus, & de cælis &c. ne eadem sæpius cogamur repetere.

2 Similitudo etiam inuenitur in diuersis rebus, similis autem quantitatis discretæ: similis inquam non eiusdem, quando quidem & si secundum abstractionem binarium à

binario

binārio minime ſpecie differat, ſed identificetur (in concreto tamen conſideratum et ſumptum, ſicut et nos ſumimus) iſtud binarium, quo numerantur duæ iſtæ nuces, ſimile, non idem eſt iſti, quo numerantur hæc duo mala punica.

Quapropter iſtas res talis numeri poni poterunt pro diuerſis rebus, eiuſdem tamen numeri. Exemplum ponamus. Hoc mane concioni adfui, atque concionator in ſuo quodā propoſito, de ſacrorum miſteriorum numero loquens, talem fecit diſcurſum, dicens: Nouem ſunt hominis ſenſus, quinque exteriores, et interiores quatuor. S. Tho.p.q.78.

Decem ſunt præcepta legis, quatuor cardinales uirtutes: Tres Theologales. 7. dona Spiritus. 7. Sacramenta: quatuordecim articuli fidei. duo caritatis præcepta: vnum Caput Eccleſiæ Chriſtus: omnium tamen iſtorum finis vnus. Una corona pro iuſtitia de reliquo repoſita &c. Unum lumē Deus, Vna viſio, Vnus denique omnium Sanctorum hominum locus, Cælum empyreum: Vna cum ſanctis et Angelis perpetua ſocietas. Hæc autem omnia Concionator ampliauit verbis: dilatauit circumlocutionibus: ornauit ſententijs Gentilium, corroborauit & confirmauit ſcriptura, quorum & ſi non omnium, tamen multorum recordabor: Si dictorum capita principaliaq; puncta, aliquo in loco reponam ſub certis figuris, ipſa repræſentantibus. Horum ergo dictorum talis erit memoria.

Statuo hominem (ſupra quem omnia hæc ponere volo) in tali loco puta apud parietem, qui alteratim nudos pedes agitet, atq; eorum nobis ſummitates demonſtret: ex qua di=

giti procedunt & prominent. quinque ergo digiti ſiniſtri pedis (qui ignobilior eſt dextro) quinque ſenſus exteriores (qui interioribus ignobiliores ſunt) demonſtrabunt: Digiti autem dextri pedis interiores ſenſus: eo quod nobiliores a nobiliori ſignificari conſonũ ſit. At quoniam ſenſus interni quatuor ſunt: digiti quinque: ideo vnus eorum, verbi gratia, minimus abſciſſus exiſtimetur.

At ſi tu paruam eſſe hanc conuenientiam inter figuras & figurata iudicabis: ſcito, quod non omnium rerum figuras proprias, habere poſſumus: inſuper ſi auditor concionis immemor omnino non fuerit dictorum à concionatore: etiã minimo ſigno commotus, facillime recordabitur. Atque hic lector animaduertito artem hanc ignaris rerum omnium & vniuerſorum penitus obliuiſcentibus minime dari: Oportet enim talibus, non reminiſcendi artem tribuere, ſed memoriæ potius ſenſum præbere: Pro decem præceptis pone iſtum hominem vtraſque ſimul protendentem manus, extendentemq́ digitos omnes, quorum numerus, præceptorum numerum demonſtrabit, eo maxime cum manibus & operationibus Dei *præcepta compleãtur, ſecundũ illud, Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Duorum autem brachiorum partes, in quibus noſtræ corporales virtutes: i. uires apparent, quæque numerum conficiunt quaternarium, virtutes quatuor indicant cardinales.*

A*ſcendendo autem venio ad faciem talis hominis, ibiq́ in ſua inferiori parte conſidero tres eſſe ſenſus inferiores, et vnum ſuperius, tres illi, tres theologales virtutes ſignificabunt,*

bunt, Guſtus charitatem, eoq; dulcis ſit Amor, & ſapida charitas: odoratus ſpem, etenim cæli gaudia iuſti, in Domino ſperantes leuiter olfaciunt, ſatiabuntur autem cum apparuerit. Auditus fidem demonſtrat, quia fides ex auditu. In ore autem multi homines, quatuordecim dentes habent, in ſuperiori parte, totidemq; in inferiori: in duos ergo ſeptenarios, ſuperiorem partem diuidentes, in vna ponimus numerum ſeptem donorum ſancti ſpiritus: in altera ſeptem Eccleſiæ ſacramentorum numerum. Inferiores autem dentes, 14. ſunt, qui numerus quatuordecim articulos demonſtrabit. Aliam harum figurarum cum figuratis prædictis conuenientiam præter numeralem (ſi illa non ſufficit) ex ſe quilibet excogitet.

Surſum procedendo, vides illius hominis duos oculos ex vna tantum manantes potentia, vel certe melius in vnā dumtaxat potentiam concurrentes: qui duo charitatis præcepta ab vna manantia charitate notabunt: Oculi bene ſignificant duo præcepta Amoris, ſine quibus homo manu tentat, & in tenebris eſt, vt ait ſcriptura: ſurſum aſcendendo inuenitur iſtius hominis caput, Caput autem noſtrum Chriſtus eſt. Ergo caput Chriſtum oſtendet.

In capite autem ſit ſacerdotalis corona, quæ æternam ſignificabit, ſupra caput hominis percutiat & reſplendeat Sol: iſte lumen repreſentabit diuinum, in quo videbimus lumen &c. ſupra Solem cælum empireum, locatum eſſe credimus nos omnes.

In ipſo communio, et ſocietas ſanctorum inuenitur, quæ

duo quoniam ſunt illamet, quorum recordari volumus, ſe ſe nobis offerent.

Multa præterea ſunt in quantitate continua, ſimilem vel quaſi ſimilem quantitatem habentia. Recordari volo certaminis Dauidis cum Goliat cuius hiſtoriam ſcio: ſufficitq́ mihi in communi eiuſdem certaminis recordari: pono ergo vtrorumque imaginem veriſimilem congruamq́. Vel ſi noui hominem magnum, pono pro Goliat: puerumq́ rufum pro Dauide ponam: illum armatum, Et galeam, & haſtã imaginor: iſtum funda munitum, & baculo. Verum dubitas forſan, ac dicis, ſi hominem magnum ſine haſta, & puerum ſine funda, ponerẽ, neutrius recordarer, vidẽdo eorũ ſolummodo quantitatem: Ea propter quantitas ſine habitu hoc in loco parum prodeſſet: Ob id non diximus figuras has, vel ſimiles horum & ſimilium occurrentium memorandorum, in quantitate tantum continua conuenire debere. Aliquando enim & ſi non ſemper: alia etiam requiritur ſimilitudo.

Similitudo etiam eſt in vtroque correlatiuorum, vnde illorum quodlibet alterum repræſentat. At quia relatiua in triplici ſunt differentia, vel quia ſunt æquiparantiæ vel ſuperpoſitionis vel ſuppoſitionis: ideo cuiuſlibet ſpeciei relatiuum pro altero poni, & pro figura ſui correlatiui aſſumi poterit, vt in ſuppoſitis exemplis, etiam ignorantibus logicen manifeſtum eſt.

Hominem puta Silueſtrum, Petro vicinum vel amicum aut inimicum, vel collegam uel conuiuam, conſobrinũ, Compatrem, Clientem, conſortem, vel condiſcipulum, vel

aliquid

aliquid huiuſmodi pro ipſo Petro reponam. Quod euenit propter ſimilitudinem relationis alterius ad alterum, qua ſimilitudine, alterum pro altero nobis offertur.

In ſecunda ſpecie patrem pro filio, Dominum pro ſeruo, Magiſtrum pro diſcipulo habere poſſum.

Itē pro cauſato cauſam, vt in artificialibus permaxime fit quapropter in vna Tuſciæ ciuitate quandam numiſmatis ſpeciem à quodam artifice tuſam & impreſſam, ipſius artificis nomine vocitabant omnes, quo in caſu cauſatum pro cauſa ſumebatur.



Voniam Planetæ & ſigna cæleſtia et ſi vniuerſales cauſæ ſint et æquiuocæ reſpectu inferiorum & ſubcæleſtium corporum: quibuſdam tamē humanis membris hominumq́; partibus applicātur (vnde & influunt illis et fauent) id circo hoc in loco, ubi cauſa pro cauſato ponitur, & è conuerſo: non incongrue & ipſa pro eis ponentur, & è conuerſo. Planetis ergo & cæleſtibus ſignis atque figuris: multis noſtro negocio deſeruientibus modis, vtimur: Inter quos vnus eſt, vt planeta quodlibet, Et ſignorum vnumquodque: aliquam noſtri corporis partē cui fauet ſua figura, demonſtret. Hic ergo Planetæ & ſigna, et quibus hominum faueant partes enumerentur.

1. *Sol capiti & cordi conferre dicitur.*
2. *Mercurius linguæ & ori.*
3. *Saturnus ſpleni.*
4. *Iuppiter Epati.*
5. *Mars ſanguini.*

6. Venus

6. Venus renibus & semini genitali.

7. Luna *stomacho. Ex* Crin.*lib.*12. Cap.2.

Duodecim signa quæ mẽbris humanis fauere dicuntur, eandem utilitatem nostræ memoriæ præstant, quam & planetæ donant.

1. *Arieti caput humanum subesse autumant.*

2. *Tauro* Ceruicem.

3. *Geminis humores.*

4. Cancro *Cor.*

5. *Leoni Pectus & stomachum.*

6. *Virgini ventrem.*

7. Libro *renes vertebrasq;.*

8. Scorpioni *genitalia.*

9. *Sagittario femoralia.*

10. *Capricorno genua.*

11. A*quario tibias.*

12. *Piscibus Pedes. Manilius &* Crini.*vbi supra.i. lib.* 12. *Cap.*2.

Iterum, quia Authore *eodem Crin.ubi supra, ac quam=pluribus alijs.*

1. *Caro à terra prouenit.*

2. *Humor ab Aqua.*

3. Anhelitus *ab Aere.*

4. *Feruor ab igne.*

5. *Ingenium a Deo: A quo bona cuncta procedunt: Ideo ergo caro terram in hac arte repræsentat, & è conuerso, & sic de cæteris.*

Quoniam

Quoniam elemento cuilibet tria iuxta Astrologos Zodiaci signa respondent & præsunt, hac ergo de causa Elementum quodlibet in hac arte pro quolibet trium sibi præsidentium signorum sigillatim atque diuisim: vel pro oĩbus tribus simul sumptis poni potest, & è conuerso. Igni præest Aries: *Leo: Sagittarius:* Aeri, *Gemini:* Libra: Aquarius: Aquæ, *Cancer:* Scorpio: Pisces: *Terræ, Taurus: Virgo:* Capricornus.

Iterum pro sordida, vel pulchra figura, vel sculptura, vel scripto, vel alia quauis re artificio fabrefacta, ipsum eius artificem tuo loco repones.

E conuerso in tertia specie fit, quia pictura vel sculptura suum repræsentat artificem.

Nam si à pictura quis sibi nomen aliud à proprio aliquando vendicaret (vt pictori illi contingit, qui à pingendis auibus miro modo, Magister *vcello, nuncupabatur) quare etiam, ipsa pictura, alicubi posita per realem positionem vel imaginariam, ipsum pictorẽ non repræsentet: quæ quandoque se pingentem præter proprium alio nomine donat?*

Amplius: *diuersarum qualitatum species, secundũ quas homines vel alia res, quales esse dicuntur & sunt, facultatem non mediocrem nobis inueniendi pro memorandis figuras conuenientes, præbent & donãt. Habitum vel dispositionem (quæ in prima qualitatis specie computantur) habentes, pro alijs, qui eiusdem sunt qualitatis, non inconueniẽter ponuntur. Ideo (in prima qualitatis specie commorando) Astronomum, pro altero eiusdem habitus sciẽtifici ponam,*

&

& habeam, verbi gratia, Athlantē, vel Ptholomeum (qui iam pridem in astronomica floruerunt sciētia) pro tali astro nomo puta Iohanne habere poteris, & è conuerso. Sic idētidem inter omnes illos homines, qui habitibus intellectualibus, siue moralibus, siue naturalibus, seu diuinis refulgent, vel refulsere, similitudinem talem est inuenire, qua hic pro illo ponatur, & iste alium repræsentet, in nostra artificiosa memoria. Similiter idem de vitijs, quæ in hac reponuntur specie, sentiendum. vnde pro adultero Paridem ponas vel Phocam Imperatorem, vel Cæsarem Augustum pro guloso: Claudium Cæsarem, vel Holofernem, vel Cambysem. Pro crudeli: Herodem: Diocletianum: Domitianum: vel Neronem: vel Mædeam: vel Athilam. sic de cæteris: & è conuerso: nam vitiosum quem nosti, pro quolibet simili ponere vales.

Improprie autem animalia quædam hisce & similibus paßionibus prædominata: diuersos uitiosos repræsentabunt. Vnde vrsum pro homine iroso, Leonem pro superbo: pro auaro serpentem: pro luxurioso, columbā: pro vanaglorioso, equum & pauonē: pro guloso, voracem lupum assumam.

Hic te nosse oportet, qualitates in abstracto, significari posse per illa, quæ in concreto nouimus, aut etiā sensu videmus: & ea propter, si qualitatum aliquarum recordari velis, aliqua tales qualitates habentia, pro figuris ponere vtile admodum erit: Idcirco, ut sub exēplis loquamur de qualitatibus dumtaxat spiritualibus (idē autē erit iudicium de cæteris speciebus qualitatis) dicimus, quod,

Si multarum scientiarum vel artium nomina, recensere nos oporteat, vel eiusdem callentes, vel earum inuentores, aut etiam amatores, non dedecet pro earum poni figuris. Unde Laurentium Vallam, vel Priscianum, pro Grāmatice pono: M.Tull. pro Rethorica: pro Dialectica, Aristo. & pro Philosophia: Platonē, pro Theologia: Galenum vel Hippocratem, pro Medicina: Alchimedonem, pro sculptura: Phyadam vel zeusim, pro pictura: Democratem, pro Architectura: Athlantem, Zoroastē, vel Ptholomeum pro Astrologia: Archimedem, pro Geometria: Appollinem, Orpheum, vel Iopam, pro Musica: Penelopem vel Lucretiā vel Iudith pro castitate: Cacum vel Nestorem, vel Theseum, vel Herculem, vel Milonem, aut certe Sansonem, vel Goliat pro fortitudine etiam animi. Pithagoram, Zoroastē, Simonem, Sāmarcum pro Magia: Traianum vel Cæsarem, aut Titum, & Vespasianum, aut Antoninum pium, pro Clementia & humanitate. Themistoclem, Pompeium pro modestia, vel verecundia: Socratem, Zenonem, pro sobrietate, & temperantia. Item Appollonium, Iohannem Baptistam, Heliam, Amos, pro auctoritate.

Aliud hic infra exemplum ponere volumus, concionatori forsan haud ingratum, & hoc quidem materno sermone, sicut & concionaturus uti assolet.

Si come un bel prato di vaghi e diuersi fiori s'adorna; et come il corpo nostro di ricche e nobil vesti coperto, & varie parte di quello come corpo, collo, braccia, mane, & dita di varij ornamenti risplendenti danno gran consolatione

all occhio che li mira; cosi il prato dell'anima nostra con tutte le sue nobil parti, quando si troua delli odoriferi fiori della virtu coperto; & la nostra incorporea sustanza quando si troua delle nobil e ricche vesti delle spirituali perfettioni vestita, & delli eterni ornamenti risplendente dona inestimabile vtile al possessore, & à i riguardanti consolatione, & insino quasi à gli Angeli marauiglia.

Che vago, & odorifero fiore è l'humiltà, ch'insino ne aggiugne al Cielo.

Nardus mea herba humile, e piccola, dedit suauitatem odoris, dice la Vergine.

Trouasi piu leggiadra rosa, che la patientia, che alle tempeste sempre è vigorosa, anzi quanto piu neuica, ò grandina, piu bella ne apparisce, et si troua sicut aurũ probari igne etc. Vedete di Iob. Considerate di Tobia.

Hauete mai inteso vna conditione di veste, piu marauigliosa di quella della pouertà, che quanto piu sei pouero, tanto meglio ti copra, anzi veste, che quasi infiniti ricchi sprezzate le loro, hanno presa q̃sta per esser meglio coperti, come il Santißimo Aleßio: dellaquale ancho il Ricchißimo Dio prendendo carne humana se ne volse vestire. Qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est.

Rare & signalate vesti la elemosina, & hospitalità: la vaghezza delle quali tirò nel tabernacolo di Abrahã i tre Angeli. riceuerno nello hospitio d'Emaus Christo, & ci fanno meritare Dio, Talibus enim hostijs promeretur Deus, disse San Paolo.

Era

Era Giouãbattiſta nel deſerto non mollibus veſtitus, ma della honorata veſte e da Chriſto lodata auſterità, dal capo à piedi coperto: chi vorrà opporre à queſta veſte lodata da Chriſto? Quid exiſtis in deſcretũ uidere hominẽ mollibus veſtitum?

Quãta ricca gioia è quella dell'anello della ſanta fede, con la quale Dio ſpoſa l'anime noſtre. Deſponſabo te mihi in fide; Come reſplendeua di quella il Centurione, che riſplẽdeua per quella come di ſplendidiſsimo carboncolo trà tutto l'Iſraelitico popolo: Non inueni tãtam fidem in Iſrael, diſſe Chriſto.

Qual Corallo che in ornamento al collo ſi tiene, che à chi lo porta, ſecondo i Filoſofi dona allegrezza, ſi puo agguagliare à quello ornamento della ſperanza, che ci tiene in feſta: Spe gaudentes: Eccoui David: Lætatus ſum &c.

Pretioſiſsimo metallo, e belliſsimo ornamento, l'oro, che doue ſi troua, ogni coſa raſſetta: che i Signori intorno alle braccia, ò al collo per collane tengono. ma di cattiuo conio & di baſſa lega ſi troua à comparatione del Celeſte oro della charità, che perfettiſsimamente adorna l'anima: perche eſt vinculum perfectionis: onde, ſuadeo tibi à me emere aurum ignitum, probatum, vt locuples fias. diſſe San Giouã. nel Apocalipſi.

Omnium harum virtutum optime recordaberis, ſi homines illos, in eiſdem florentes, quos dedita opera in prædicto diſcurſu poſuimus, pro imaginibus talium virtutum, habueris: Multa præterea inueniuntur animalia: Mineralia, lapi

des: Arbores, & his similia, quæ propter eorum varios effe-ctus, virtutes, sapores, colores cæteraq; similia diuersas vir tutes repræsentare poterunt. Quapropter Balsamum Gratiam: Aurum charitatē, smaragdus spem: Argētum charitatem: Nardus humilitatem: lilia virginitatem: Carbunculus feruorē. Ebur castitatem: Mirra mortificationem &c. representāt. Id ipsum iudicium feras de vitijs.

De habentibus etiam corporales habitus. s. sanitatem, robur, elegantiam, agilitatem, idem dicendum est. s. quòd vnum pro altero poni poßit. Hominem robustum pro Sansone, polchrum pro Dauide: Nisum, aut Eurialum pro agili. ac sic de cæteris: & è conuerso.

Multa præterea similia sunt inter ea, quæ habent natu ralem potentiam, vel impotentiam, quæ secunda est species qualitatis, qua aliquod potentiam habet vel inclinationem faciendi vel patiendi vel alicui resistendi, qua propter pro altero sumimus. Vnde suem, ponimus, pro muliere multos gi gnente liberos, Ciconiā pro nutriente patrem. Hæc autem exempla impropria & nos scimus in hac qualitatis specie, sed etiam nostro apta negocio nouimus, propterea ponimus. Fungum vel fruticem cito à terra prosilientem pro re cito crescente: Lacertum, Muscas pro obliuiosis, deficientibus in hac naturali potentia: sed vt aptioribus vtamur exēmplis dicimus, quòd Cyneam: Mitridatem: Themistoclem: Hortensium: pro aliquo vel aliquibus memoria claris: Messalā: qui sui nominis oblitus fuit, pro obliuioso. Mēte captum pro stulto: Cæcum pro Tobia: Claudū pro Miphiboset: Durum

pro

pro duro, quod resistendi facultatem habet.

Inter ea item, quæ similem passionem vel passibilẽ qualitatem (quæ tertia species est eiusdem prædicamenti) obtinent: requirenda est similitudo, vt vnum possit pro altero poni. Hinc nigrũ coruum, pro Aetiope egregie ponimus. Cy*gnum, pro albo vel cano homine. Amarum absynthium, pro alia re amara, vt puta agarico, Aloes &c.*

Pallidum, & fulgidũ auricalchum, quod forsan præ manibus habes, pro auri imagine (quod forte non habes) tali loco puta mẽsa, locabis: Mel pro manna (quod forte nunquã vidisti (& consequenter figuram difficulter fabricare potes: Rumor, Murmur*, &* T*umultus, pro defluentibus aquis, vel sonitu maris.* Ro*sa redolens, pro re alia suauem odorem spirante: & è conuerso &c.*

Sic inter cætera qualitatibus huiusmodi qualificata. s. humido sicco, frigido, graui, leui, & alijs est similitudo requirenda, vt exemplis inuentis & datis, erit addere haud difficile.

Iterum in tertia specie: passione iracundiæ aliquis agitatus, pro alio poni poterit, vt pro aliquo iracundo A*lexandrum vel Herculem vel* Ae*schinem ponam: sic è conuerso faciam.*

A*nimalia etiam his prædominata passionibus: Vt supra de vitijs diximus, nobis inseruient, vt homines ipsis similes signent & repræsentent: vnde equus & mulus, pro furioso: Vrsus: pro irascente ponatur. Quia timet lepus, pro timido erit. Tristis & melancolica est felis, pro tristis hominis*

nis figura deseruiet, & è contrario, Timidum pro Lepore *ponimus: & sic de alijs.*

Addere quæ figura vel forma (quæ quarta species est) si bi similia sint, superfluum puto, cum hæc omnium notißima sint.

Etiam in agere vel actione inter ea quæ diuersa sunt specie vel indiuiduo adest similitudo, & vnum alterum re præsentare valet. Vnde in suo incessu, leo & Iouis ales, & equus, ei in sua rota pauo superbum vel superbiam repræsentabunt, Bufo ac serpens deuorans terram, auarum terrenis insistentem ac inhiantem lucris: Canis ad vomitum rediens, peccatorem recidiuantem. Leæna huc illucque discurrens, iracundum, vel impatientem. Homo manus frequenter mouentem, se in diuersa vertentem, et ora ad Cælum erigentem: iram patientem. Nuda brachia protendens aliquis, lacertosq; suos ac ossa subinde demonstrans, & in pugnos suas manus restringens, fortitudinis vel fortis imaginem tuæ offeret menti. Cancer, Testudo, & Asinus, & Bos lento incedentes gradu: vel Homo manus sub ascella reponens, pigri hominis nos admonet recordari. Ad mensam per imaginationem positus homo, parum bibens, & comedens, vel aliud animal paulatim aquam in vase vel flumine bibens: parcum ac temperatum vel parcitatem & temperantiam.

Antiquitus duodecim menses anni: duodecim hominum imaginibus (qui ferè omnes varijs gestibus & actionibus se se circa diuersa occupabant officia) pingebantur, vt ex va

riarum lectionum sylua colligitur: & ab alijs extrahitur authoribus. Idcirco hoc in prædicamento, prædictorum mensium imagines videntur (& si non omnes) pro maiori saltim eorum parte ponendæ: quarum qualibet ab imaginatione visa, mensis sibi ipsi correspondentis recordabitur, & è conuerso.

1. *Ianuarius significabatur per hominē pictum ad mensam splendidam opulentamq; sedentem, ac auide comedentem: manumq; ad crateram mero plenam, tanquam quòd bibere velit, extendētē: Illo enim in tempore cum secundū Hyppocratem stomachi calidißimi sint: faciliter cibos sumptos digerunt, & ad alios sumendos fructuose anhelant.*

2. *Februarius, per senem igni se calefacientem: Cuius ratio signi, est, vel quia mensis hic reliqua frigoris ventorum ac intēperiei, quæ Ianuario debebatur, sæpe numero retinet: vel quia iam in eo vltima hyemis senectus aduenerit.*

3. *Martius per hortulanum: Cuius ratio omnibus: præcipue ipsi hortos serēti plana est. Quis nesciat hortos Martio operosius coli, & tunc cælo fauente holerum suscipere semina: & quantocyus herbas multas progignere?*

4. *Aprilis per iuuenem flores manu tenentem, cum tunc temporis vniuersæ ferè arbores & herbæ flores emittere solitæ, iam eos emisisse cernantur?*

5. *Maius, per iuuenem equitantem mollibus vestitum, & manu accipitrem tenentem: quo significabant illud tempus vagandi spatiandi, equitandi, itinerandiue aptum: voluptatis insuper principium esse & ad indulgendum uniuersis cor=*

sis corporis commoditatibus satis idoneum.

6. Iunius, per Agricolam falcem grandem, qua fœnum secatur, manibus arripientem vel arreptam tenentem.

7. Iulius, per alium, minorem falcem, qua secãtur frumenta, tenentem.

8. Augustus, *per hominem currui insidentem: nam tempore illo frumenta equorum super illa discurrentium teruntur pedibus, vel iterum per hominem ventilabrum tenentẽ ad purgandum aream &c.*

9. September, *quo mense iam vindemiæ tempus adest, per hominem vuas legentem.*

10. *October, per hominem saccum super humerum reiectum habentem, & semine plenum: nam eo tempore semina terra conduntur.*

11. *Nouember, per hominem glandes à Quercu baculo deijcientem: Nam eo in tempore maturæ glandes inueniuntur, & suibus impinguandis solent offerri.*

12. *December, per hominem suem occidentem et exenterantem: Prædictarum imaginum vsum in nostra memoria, superius diximus.*

Apes ab aluearibus gregatim currentes ad florea rura: Formicæ euntes & redeuntes oneraq; portantes, prudentis vel prudentiæ meminisse nos excitant: in cæteris, visa hac via, tu ipse discurras.

6. *Quæ aliquando passus est aliquis, (in sesto prædicamento loquentes) alterum in hoc sibi similem sua demonstrabit imagine: pauper homo scabie plenus, Iob: vlcerosus, La-*

zari

zari erit figura. Obedientis recordaberis, si hominem capite demisso, & vinctum manibus, & ab alio ductum imagine ris: patientiæ, si hominem percussum, scapulas vel genas offerre confingas.

7. *Quæ hoc in tempore vel illo à natura gignuntur in terra, tempora varia poterunt demonstrare: Flores Maij mensem, Amigdala viridia: Cerasa Iunium: Ciceres recentes, Iulium: Pepones, Augustum: Vua, Ficus, Septembrem: Pira, Mala, Octobrem: Sorbes, Mespila, Nouembrem: Iterum vetusta res, vt Columna, lignum, fenestra, annosa quercus, annosaq́ pinus, hominem longæuum, vel aliud quid peruetustum, cuius recordari volueris.*

8. *Locus locatum demonstrat. Igitur scola scolares Ciatus uinum, Mensa epulas, Caminus ignem, suo abste posito simulacro repræsentabunt.*

9. *Positione sua simia, hominem demonstrat: quæ sessioni velut homo se aptat.*

10. *In habitu multa sunt digna consideratione. nam vestitus hominum: ac ornatus mulierum, species quam plurimas, & imagines rerum comminiscendarum nobis abunde ministrant. Virgo niueis indumentis fidem: viridibus spem: Auratis charitatem: Cinereis vel pallidis humilitatem: Nigris mortificationem: pannosis, & resarcitis paupertatem repræsentat. Regis etiam optime recordaberis, si Coronam: Episcopi, si Mitram: Doctoris, si Tunicam talarem vel prætextam: Religiosi si habitum alicubi posueris: saltem per imaginationem.*

Quoniam Aegyptij vice literarum: (quæ tunc temporis inuentæ non erant) immo non solum literarum, verum etiã & vice nominum & conceptuum, animalibus alijsq; rebus multis vtebantur, quæ arti nostræ non mediocriter prodesunt: idcirco hic infra ponentur, & istarum notarum similes quilibet perquirere poterit: aliqua tamen ratione deductus. sicut & paßim hoc in nostro tractatu maxime in hoc capitulo & vniuersis in partibus eius nos sæpius fecisse omnis legens videre potest. Has autem notas idcirco in fine huius capituli subnectimus: quoniam harum notarum similitudo cum rebus memorãdis: non unũ tãtum, sed plura circuit prædicamenta: cum illarum quædã seipsis: quædam sua actione: quædam naturali potentia: Alia paßione: Alia figura & effigie diuersa nobis offerunt & repræsentant.

Exempla igitur aliquot Hieroglipbicarum notarum, quibus Aegyptij vtebantur, sunt infrascripta, testibus Apollonio, interprete Beroaldo, Crin. lib. 7. cap. 2. Macrobio lib. 3. cap. 27. Cœli. lib. 16. cap. 25. Diodoro alijsq; vt puta Strabo sept. lib. Plinio.

Signata talibus literis.

Serpẽs caudã sibi mordens: Annũ astra eorũq; discursus significat.

Annus: Astra: stellarum discursus.

Oculus Iustitiæ seruator et corporis custos interpretatur.

Iustitia.

Auris memoriã significat Aures leporis erectæ: magnã memoriam.

Figura leonis: Furorem indicat.

Furor.

Anteriores partes leonis: Fortitudinem denotant.

Fortitudo.

Musca impudentem. Canis, quia blanditur & lingit, spem: futurum tempus &c.

Impudẽtia.

Formica: Cognitionem & prouidentiam.

Cognitio: prouidentia.

Caput

Caput leonis: vigilantes aut Custodes: vel secundum alios tempus præsens. Vigil. Custod.

Cælum pictum rorem eijciens: Disciplinam vel artem. Disciplina. Ars.

Pellicani forma: insidiantem. Insidiæ.

Cucusæ effigies: ingratitudinem. Gratitudo.

Ciconia parentum amatores designat. Amor parentũ.

Columba: Ingratitudinem. Lupus: tempus præteritum, quia caret memoria. Ingratitudo.

Vipera: Mulierem viro insidiantem. Insidians viro.

Hyena picta: Inconstantem hominem. Inconstãtia.

Pellis Hyenæ: Fortunæ & calamitatis contemptorem. Contemptus &c.

Capræ figura: optime audientem. Auditus bonus.

Anguilla: omnibus inuisum, vel alijs inuidentẽ: Quia hoc animal aliorum piscium societatem non habet. Inuidia.

Camelus: Pigrum. Pigritia.

Apis effigies: Regem indicat. Regnũ.

Vultur: Genium et Maiestatem, vel naturam. Amiano Marcellino Authore. Genium, &c.

Bouis figura: Terram. Terra.

Sceptrum cum oculi specie: Osyrim seu solem. Sol.

Perdices: contumeliosos homines. Contumelia.

Hippopotami vngulæ deorsum versæ: Impium Iniustumq; significat: Imp. Iniu.

Accipiter: rem denotat cito factam. Solicitudo.

Dextera manus paßis digitis: libertatem significat. Libertas.

Sinistra compreßis: Tenacitatem: Hæc tamen vltima quatuor, de Aethiopibus Diod. intelligit. Tenacitas.

Malum. *Cocodrilus: Malum notat: Baptista in annotationibus prioribus. Literarum Hieroglyphicarum meminit* Lucanus *lib. 3. his versibus. Non dum flumineas* Memphi *contexere biblos nouerat: Et saxis tātum volucresq́ feræq́:* Sculptaq́ *seruabant magicas animalia linguas. Et* Apul. libr. *vltimo* Asini Aurei: *De opertis aditi profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos: partim figuris huiuscemodi animalium concepti sermonis compendiosa uerba suggerentes: partim nodis & in modum rotæ tortuosi capreolatimq; condensis ait curiositate prophanorum lectione munita. Et Cornelius Tacitus. Primi, inquit, Aegyptij per figuras animalium sensus mentis effingebant: & antiquissima monumenta memoriæ humanæ saxis impressa cernuntur. Et literarū inuentores perhibentur. Prædictæ literæ potius notæ signaq́ conceptus mentis explicantia essent dicenda: vt authoritatibus prædictis patere potest: verumtamen quia literis nomina & verba scripta componuntur, & ita nominibus & verbis conceptus mentis explicantur: ideo quod verbis vel nominibus attribuitur (quia mediantibus literis hoc fit.) etiam literis verba componentibus attribui potest. Hac ergo ratione literæ* Aegyptiacæ *dicta sunt prædicta animalia cæteraq́ rem aliquam ad rationem spectantem, idest conceptum mentis explicantia: cum potius notæ vel signa conceptuum dici debuissent. Quia ergo ad explicandos, vel melius dixerim, ad scribendos conceptus mentis & voces & literas non habebant* Aegyptij, *animalibus prædictisque rebus, & his similibus vsi sunt, loco & vice literarum*

nomina & verba, quæ ſcribi debeant componentium, atque exinde conceptus mentis demonſtrantium. Hoc autẽ dixerim, vt nemo exiſtimet huiuſcemodi notæ Aegyptiorum pro literis, ſed pro conceptus mentis explicantibus, poni poſſe. Ideo ab illis non literæ: ſed Hieroglyplicæ literæ dictæ ſunt: ideſt notæ quorumdam animalium, uel aliarum rerum &c. quibus vice literarum vtebantur.

De ſimilitudine, & conſequenter de applicatione figurarum ad memoranda ſub alijs modis à prædictis. Cap. IX.



Ei ad rem ſimilitudinem exquirentes in ſuperiori capitulo diximus, rem aliquam alteri vnius & eiuſdem prædicamenti ſimilem eſſe, & conſequenter repræſentare poſſe: At nunc operoſius ac ſubtilius rerum inter ſe inuicem ſimilitudinem perſcrutantes, alias inſuper ſimilitudines, quibus res ſe nobis offerant, et alterã ſuo ſimulacro repræſentare poſſint, indagare volumus, vt nobis vndequaque ſuppetant memorandorum figuræ.

Res ergo primo quaſi per ſe ipſam tuæ repræſentari memoriæ poterit, ſicut ſupra prælibauimus. Quod tunc audacter feceris, cum ipſius præſentiam habes: ſi ergo quæ tua in manſione vel cella vel in tua ſunt poteſtate recenſere ſigillatim debeas, ſuo in loco ordinate cuncta diſpones, viſu perluſtres

lustres, deinde mente recenseas: Non enim aliæ ab illis sunt abste tunc pro memorandis confingendæ figuræ.

Secundario per speciem rei iam pridem abste visæ, et in memoriæ sensu seruatam, & per imaginationem in tali locatam angulo, verbi gratia Equi, quoniam eum multoties vidi, memorabor si in tali loco, vbi mihi placuerit, eius simulacrum esse, imaginatus fuero.

T*ertio per imaginem pictam vel sculptam. Vnde si* V*irginis Mariæ recordari voluero, eius illic suam ponam imaginem realiter, vel per imaginationem.*

Quarto per literam vnam, vt Dei *recordabor, si* D. *notam in tali loco reponam. Insuper per literas omnes illius nominis, quo res nominatur: quas oportet esse insignes: Ut si uoluero Tabulæ recordari, in scribam vel sculpam realiter, vel per imaginationem in pariete, literis aureis, vel nigris, vel rubeis hoc nomen,* TABVLA.

Quinto per literas fictas, (sumptas ab alphabeto animalium, vel auium, vel arborum, vel herbarum, vel lapidum, vel aliarum rerum, de quibus supradiximus) quæ componant nomen illius rei, cuius memorari volueris: vnde recte admodum recordabor huius nominis, aer. si pro. A. *ponā* A*sinum: pro* E. *Elefantē, pro.* R. R*hinocerotē.* V*erum enim vero, vt melius alphabeta tibi deseruiant: cum aliquod eorum literis, nomen componere volueris, sume primam literam ab vno alphabeto, verbi gratia, animalium: alteram vel duas sequentes ab alphabeto Arborum, pro ut tibi libuerit. nam experientia disces profuturam tibi non parum,*

hanc

hanc abste literarum fictarum diuerſitatem aſſumptam. ſi enim quod agant aliquid figuræ neceſſe ſit, vt diximus, & dicemus: eorũ, à nobis, in ponendis figuris aſſumpta diuerſitas, quamplurimum noſtro negocio proderit. ſi enim literæ M. & C. recordari volueris, murem corrodentem ciceres (& hac actione tuam excitantem memoriam faciliter) finges. Quod ſi pro M. milium, & pro C. Ciceres poneres, quid agere inter ſe iſta poterunt, quo tua excitetur memoria?

Sexto repræſentatur res nobis per aliquod ſolo nomine ſimile ſibi, vt in æquiuocis diſcurrentibus patere poteſt: ſi etenim Canis Cæleſtis recordari voluero, Canem animal terreſtre, vel piſcem pro eius aſſumam figura.

Hic tibi in æquiuoco laborare ne timeas: contextus enim dictorum ſuperius, dicendorumue inferius, te aberrare non ſinet.

Septimo per ironiam, quãdo ſcilicet pro ſapiente pono fatuum. Et Poetæ denſum nemus vocant Lucum, eo quod nõ luceat. Item bellum, eo quod minime bellum. Et Piſcinam dicimus, quibuſdam terminis, reclusam aquam, piſcibus carentem.

Octauo per ſpeciem impreſſam aliquando in aqua vel ſpeculo vel terra vel niue: vnde recordor Titij, eo quod in tali loco vbi ſpeculum eſt, vidi eum ſe contemplantem: lupi, quia eius in niue cernuntur impreſſa veſtigia.

Nono per aliam rem nominis eiuſdem, ſed non eiuſdem pronuntiationis: ut pro porrò, porrum ponam: pro verò, Verum, pro ſanè: ſanum &c. & è conuerſo, &c.

Decimo

Decimo per aliquam similitudinem, quā habet in principio, nomen unius rei, cum alio nomine alterius rei. Unde pro Aristotele ponam Aristam: & in vulgari Una Arista o arrosto o Rosta, & è conuerso, pro hoc etiam uerbo Annus ponam Anum. Per similitudinem quam habet nomen, cum alio nomine, in medio uel fine, ut pro hoc nomine ambo, ponetur a me Umbo; Hominem habentem saniem &c. pro sanè habeam. Hic modus inueniēdi figuras primus est omnium, & admodum facilis, quo ut plurimum ego utor: eiusq; utilitatem pernosco.

Undecimo per similitudinem uel identitatem, quam habet cum suo genere species, & è conuerso. Unde si uoluero recordari huius nominis, Animal, ponam Leopardum. Consultum tamen erit, quod si quando generis alicuius recordari uelis, multas species in simul uno in loco imagineris, Unde. Bos, & Asinus & Gallus & Cuniculi &c. in stabulo positi, melius tibi pro figura animalis inseruient.

Duodecimo, instrumenta, quibus artifices utuntur, eosdem artifices nobis præsentant, in super & artem: ut Rustici, & Agriculturæ recordor, si in angulo Ligonem ponam uel uideam. &c.

Iterum insignia inanium Deorum; ut sceptra, ut tela: Aues, arbores & similia, à Gentibus & infidelibus eisdem dicatæ, eos repræsentant, & è conuerso: Insuper prædicta, ea nobis representari possunt, ob quæ talia illis attributa fuere. Unde singularitatem naturæ excellentis, splendorisq; solis: Phœnix nobis insinuat, cum in mundo una sola, singularisq;

Phœnix

Phenix inueniri dicatur, sol idem idem Phœnicem indicare potest. Vitis, & ex uite uinum, Bacchum Liberumque patrem: Et iterum Bacchus vinum indicat. Cum enim pluries eiusdem rei, vel nominis vel vtriusque: diuersis in locis vnius & eiusdem orationis & concionis recordari, & consequenter pro talibus memorandis figuras ponere uoluerimus, ne pluries in idem penitus, & eodem modo propter eamdem in diuersis locis dispositam figuram incidas: & ex hoc loco in alium vel superius positum vel infra locatum absque ordine pertransire cogaris: oportet vt eiusdem rei vel nominis diuersas figuras habeas, quæ diuersis in locis dispositæ, eamdem rem sub alio conceptu, vel alio ordine recitandam subministrent, & porrigant. Hoc autem terminos intelligenti absque alio exemplo clarißimum esse potest. Vt ergo abundemus figuris: hæc sunt, quæ Dijs prædictis attribuuntur.

Ioui: Aquila, sceptrum & Fulmen: Aesculus & Quercus arbores

Marti: Picus & Framea

Mercurio: Harpe, quod gladius est falcatus: Quod & Cyllenides dicitur.

Soli: Phœnix & Currus.

Veneri: Columbæ, Cycnus & Mirtus.

Iunoni: Pauo.

Plutoni: Cupressus.

Pano Deo naturæ: Pinus.

Mineruæ vel Palladi: Noctua: Hasta quam vibrat: oleum vel oliua: & lana.

Neptuno: *Fuscina, quæ & Tridens.*

Apollini vel Phæbo: Coruus & Cycnus: Laurus & Loto & *Palma arbores: Lyra: Gryaneum:* Arcus *Sagitta & Clipeus.*

Herculi: Claua, Leonis *pellis ac baculus: Et Populus arbor.*

Diomedi: Catara*ctæ aues.*

Thetidi: Alciones.

Baccho: Hedera, Vitis & Ferula teste Plinio. Thyrsus etiam.

Palamedi: Grues, quæ & dicuntur Naupliadæ.

Cybeli: Pinus data est.

Iterum insignia gentium ac eorumdem Tela: vel huiusmodi illis aliqua attributa ratione eamdem vtilitatem præstant. nam easdem demonstrabunt gentes, & è conuerso. Fulmen ergo Scythas demonstrabit. Gallos olim Buffones, nunc Lilia: Romanos Aquil*æ. sus Phrygios:* Arcus *& Pharetræ* Persas: Anglos Leones *& Rosæ. Senas* Lupa: Florentiam *Leo:* Lucam *Panthera &c.* Gryphos *Perusiam: Framea Germanos. Romphea Thraces. Lãcea Hispanos: Pila Romanos: Ißi Boios. Sarissæ* Macedones: Sibini *Illiricos demonstrant, & è conuerso.*

Iterum Populi re aliqua insignes, illam repræsentant, & è conuerso. Populi ergo infrascripti infrapositis rebus cælebres extitere. Scythæ *equitatus gloria:* Seres *orientales populi nobiles sunt vellere. Ithurei: Medi & Parthi sagittis: Tusci falsò, Aruspicio insignes ab infidelibus dicebantur:*

tur: Phœnices literarum inuentione: syderum: Naualiumque ac bellicarum artium. Marsi: vmbri: Psylli venenis clari fuere. Aegiptij sistro: et iterum Aegyptij & Babilonij Astrologia: Lacones breuitate: Scythæ, Cretenses & Geloni sagittis: Curetes Aere: Tyssagetæ & Lyrcæ venatibus, quibus & viuunt: Bæotij palæstra & gymnycis exercitationibus: Athenienses naualibus et Geometria: Lacedemones legibus: Græci ingenio: Alexandrini dolis. Amazones peltis & securi: Crotoniatæ medicina: Aegenitæ Athletica: Thebani, Tibiarum modulis. Mitylenei arte citharædica.

Iterum caractheres quibus apud Astrologos septem planetarum, & duodecim signa Zodiaci notantur: eadem signa & planetas demonstrant: & è conuerso: & plurimum nostro deseruient negotio.



CARACTERES PLANETAR.			
LVNE ☾	MERC. ☿	VENER. ♀	SOLIS ☉
MARTI ♂	IOVIS ♃	SATVR ♄	
CARACTERES XII SIGNOR.			
ARIE. ♈	TAVRI ♉	GEMIN ♊	CANC ♋
LEO. ♌	VIRG. ♍	LIBR ♎	SCORP ♏
SAGIT ♐	CAPR ♑	AQVA ♒	PISC ♓

Tertiodecimo, organum alicuius sensus, puta oculus &c. alicubi positus pictus uel imaginatus, admonet de uisiua potentia, & de actu, qui est videre.

Quartodecimo Chimeræ quædam, à nostra imaginatione confectæ, vt equus cum capite aureo, pedibus eburneis &c. memoranda representare possunt.

Harum autem machinationum Chimerarumque copiam dare haud decet. multitudinem enim talium figurarum si quis uoluerit in promptu habet, unde accipere queat: Quocirca missa hæc facere volumus: admonentes interim prædicta tunc ualere quam plurimum: cum aliæ tibi figuræ non suppetunt.

De applicatione quorundam memorandorum ad figuras. Cap. X.



Ptime recordaberis rei, si eam figuris quasi depinxeris: quod facile erit, si ea res sensibus exteris, maximè ui(ui tactui gustuiq. tempore elapso obijci potuerit Quod in omnibus historijs recensendis, satis commode fieri assolet. Eapropter si hystoriarum ueteris testamenti aut noui uel certe & ethnicarum seculariumq. meminisse velis: similes figuras in tuis locis repones: quarum actionibus gestisq; &c. illarum facile recordaberis. Exempla tamen hic ponere nolumus quandoquidem id omnibus artis huius cupidis facillimum esse sciamus.

Senten=

Sententiarum autē sacræ scripturæ vel sanctorū docto-rum cum recordari voluerimus: eæ in duas vel tres partes vel plures secandæ sunt. Et memineris, quòd non quodli-bet verbum necesse est sua nos obsignare figura: (exceptis quibusdam, vt infra dicemus) sed vna figura posita trium vel quatuor vel plurium uerborum ad se inuicem quadam chatena colligatorum, vt puta quia aliud est substantiuum, aliud adiectiuum, aliud verbum & pronomen; quæ omnia verba cum necessariam colligationem ad se inuicem ha-beant, memoriæ faciliter occurrent.

At in quibusdam sententijs, quorum unum uerbum cum alio ligari haud apparet: multiplicare figuras, & cuilibet verbo suum donare simulacrum cogimur: si enim illius pul cherrimæ sententiæ Rom. 1. Tradidit illos in reprobum sen sum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: Repletos omni ini quitate, malitia &c. cuilibet verbo suam aßignabo figu-ram: qua eorum quodlibet repræsentetur. Et pro principio sententiæ imaginabor deum homines multos habitu philoso-phico, indutos (nam de philosophis est sermo.) expellentem illos à sua facie, impellentemq; in rupem sentibus plenam, qui ibi obscæna multa patrant: Ecce prima verba figuris do nata. s. tradidit illos in reprobum sensum: vt faciant ea, quæ non conueniunt. nam rupis: sentes & facinora quæ ibidem operantur: per regulas, supra in octauo Capitulo positas: præ dicta verba repræsentant. sequitur in sententia: Repletos omni iniquitate: malitia. Pro *verbo* Repletos *omni iniqui tate, secus illos vasa plena, inæqualia tamen: tantumdem*

enim

enim significat iniquitas: idest non æquitas, non æqualitas: Pro verbo malitia, quendam hominem huius nominis, quē noui, in aliquo loco disponam, vel sinum malis repletum. Pro verbo nequitia, pigrum hominem ociosumq;. nam nequitia inertiam significat &c.

Si illius sententiæ diui Pauli 2. *ad* Corinthios.*ij. ter virgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci &c. recordari velis, singulis tantum dictionibus vna est consignanda figura. reliqua autem naturali commendanda memoriæ: Unde vno in loco pro prima dictione pones homines virgis hominem alium verberantes: pro secunda lapidantes: pro tertia nauim periclitantem: Nocte & die sub vna fenestra ficta uel uera, quæ modo aperiatur, modo claudatur. pro in profundo maris fui: sub fenestra ab intra magnum vas aquæ salsæ, & in profundo funis pro fui &c. In itineribus sæpe pro hac dictione innumeras formicas ad diuersa loca procedentia confinges: vel mures: vel peregrinos: dummodo sui loci limites nullus transgrediatur.*

At *scito huiusmodi sententiæ supra hominem vel animal, vel arborem: vel ædificium, vt puta turrim, partesq; eorumdem ab imo incipiendo, ac in eisdem partibus multiplicando, figuras poni & locari posse, & perquam conuenienter, ne loca absq; necessitate multiplicentur. Idcirco prior sentētia,* Repletos *omni iniquitate: malitia, &c. imaginabor hominem in pedum digitis scabie repletum: qui digiti inæquales sunt: pro hoc verbo.* Malitia.*pedis collum melle inunctū,* Nequitia *inter tibiā & tibiam superius. N. confinximus:*

ideo

ideo hæc litera totius verbi nequitia erit inditium &c.

Nominum autem (*seu sint specierum, vt arborum, vt animalium diuersorum &c. seu indiuiduorum, vt elementorum, cælorum, Stellarum, aliquorum angelorum: hominũ cæterorumq́ similium*) *recordamur, si primas eorum literas vel syllabas, sub aliqua figura disposuerimus. verun tamen egregie supra hominem talium nominum imagines locare experientia comprobatum est: Quod propter innumeras pene diuisiones & figuras, quæ inibi reperiuntur, vt supra diximus: assolet euenire.*

Versus vergilij seu aliorum poetarum, si principia tantum eorumdem figuris nostris exarauerimus: eosdem faciliter recensere poterimus: Nec elaborandum (vt in pluribus loquor) ut singulis verbis singulæ dentur figuræ, ne innumerabilium figurarum congestio, aut oneret sensum nostrũ vltra quam oportet: aut naturalem memoriam vtili suo exercitio priuet.

Numeri vero his sequentibus similibusq; signis figurãti, occurrent memoriæ.

Pro vnitatis figura, omnia illa poni possunt, quæ supra pro figuris literæ &c. posuimus: illisq; similia.

Pro numero binario vnitatis figurã duplicato, & sic de reliquis. Pro eodem binario figuræ arithmeticæ signato piscem os aperientem, uel serpentem, vel aliquid huiusmodi, & dabit duo quasi huius figuræ 2.

Pro *ternario tripodẽ ponas: vel aliud quid triangularis figuræ: Rẽ itidẽ quadrangularẽ, pro quatuor. sic de cæteris.*

Pro

Pro numero quaternario poni feretrum potest, quo mortui deferuntur: vel aliud quid: vt quædam sedium species, quæ quatuor pedibus constant: vel animal quadrupes &c.

Pro quinario anguem: & ea omnia, quæ supra pro figuris literæ. S. posuimus. Iterum quæ pro hypsilon figura supra posuimus, ea quinarium dabunt huius figuræ. v.

Pro senario tripodem supra tripodem pones. Pro *septenario, ex quatuor hostij angulis unum eorum: quod si quatuor ponas, & obsignes, viginti & octo dabunt: si duo, quatuordecim: si tres, viginti & vnum. Iterum pro septenario vestis sub figura huius caracteris 7. confracta vel scissa:* Po*mum supra pomum dispositum. Octo dabit huius figuræ* 8. *Nouenarium dabit pomorum vncinus.*

Denarium huius figuræ. x. crux dabit: huius autem alterius 10. *malum vel pepo vel aliud simile sphericæ figuræ, secus baculum erectum positum.*

C*æteras numeri species sub figuris huius artis quilibet ex se reducere poterit, cum figuræ eædem in cæteris sequentibus numeris replicentur.*

Iterum vnitas per pollicem dextrum figuræ hominis ante te locati significabitur. Bin*arius per indicem erectū, sicq; de singulis vsq; ad decem: hoc tamen ordine, quod cum veneris ad pollicem alterius manus, qui pro senario ponitur, ad volam manus plicetur, reliquiq; sequentes, vt hac per motus differentia, tua non vacillet memoria:* A*liqui etiam eodem ordine pedum digitos attendentes, vsq; ad viginti,*

Ii *nume=*

numerando perueniunt.

Menses hisce idolis repræsentabuntur. Nam Maium flores repræsentant : vel homo magnæ staturæ: vel virgo floribus redimita. Iunium : Iuuenis speciosus : vel species agri fruges metendas continens.

Iulium, talis Imperatoris imago, vel cerasa, amigdala: aliaq; similia, quæ eo tempore maturescunt &c.

Augustum, eiusdem Imperatoris figura, pepones. &c.

Septembrem: vuæ ficusq;: Mala persica &c. indicabunt.

Octobrem, mala cotonea, punica &c.

Nouembris atq; Decembris, numerus proprius erit indicium. Ianuarium, Ianus bifrons : vel pauper algens : vel nix repræsentant. Februarius, memoriæ occurret, si pro eo hominem ventrem purgantem ponas : febri enim idem est, quod purgo. Martium, insita, uel Romuli pater indicabūt.

Dies sic occurrent. Pro die lunæ: Lunā uel Dianam: &c sic de cæteris: de quibus supra in prima parte tractatus locuti sumus, capitulo quarto.

Negociorum, quæ quotidie nobis occurrunt, memoria: in locis, puta ecclesijs, apothecis, mansionibus, ponitur. Insuper optime in digitis manuum vel in digitorum articulis multi ponunt eorumdem signa : ita quod cuiuslibet negocij nomen per primam tantum literam gestu digitorum confecta exprimant: vel propter quandam conuenientiam, quas multi adinueniunt inter digitos, eorumq; articulos, ad sua negocia: ut aliquibus iam dictum, & ab eisdem experientia postmodum comprobatum est.

Si

Si multa argumenta abs te fuerint replicanda, sufficit, vt pro eorum de memoria media tantum sub figuris reponas, cætera faciliter occurrent: Quòd si volueris vtramq; extremitatem conclusionemq; locare: Primam extremitatem in capite hominis alicuius (si supra hominem disponere uolueris, sicuti & consilium est) sub aliqua reponas figura: secundam in pectore: conclusionem sub pedibus locato, vel è conuerso. s. Maiorem inter pedes, Minorem in pectore, Conclusionem in capite. Gestu autem capitis vel manus supra pectus motæ vel pedis illius, quod affirmatum vel affirmandum fuerit, vel negatum aut negandum recordaberis.

Scias *autem prudens lector, argumenta multa supra eũdem hominem, qui in disputationibus contra te, vel coram te situs est: vel in tali angulo tibi præsenti, vel alibi per imaginationem abs te locatus vel locandus est, poni posse. Nam nil prohibet, ac nil obest: immo & quàm plurimum prodest, primum argumentum circa pedem imum sinistri lateris prædicti hominis, sub aliqua uel aliquibus figuris reponere: secũdum sub ascella in eodem tamen latere. Tertium circa manũ brachijq; dextri partes: Quartum supra humerum. Quintum in capite vel supra caput. Cum autem ibi perueneris, ne descendas super sinistri lateris partes, alia argumenta: (si forte alia supersunt) ibidem locando: ni forte tibi suppetat tempus, quo figuras, morose & conuenienter inuenire, & inuentas artificio & audacter locare ac bene disponere: & dispositas bis vel ter ante quam alijs profundas, tu ipse tecum*

cum recitare poßis: Cum ergo super caput hominis quintum argumẽtum locaueris: ad faciem descendito, in qua sextum dispones. In pectore octauum, circa corpus nonum &c. Et si volueris non tantum medium argumenti, sed & maiorem & minorem distincte locare, et sub figuris reponere: quamlibet prædictarum partium in duas diuidito portiones: quarum prima vbi maiorem extremitatem reponere debes illa sit, quæ primò ab imo incipientibus & sursum numerando ascendentibus nobis occurrit: sit ergo prima extremitas primi argumenti sub pede dextro prædicti hominis: secunda in ipso pede vel circa ipsum sub vel supra vel circa talos: Et *sic deinceps de alijs argumentis: Exemplo autem, vt morem geramus amicis petentibus, & lectoribus cupientibus, hæc doctrina clarescet. Sit ergo tale primum argumentum.*

Omne quod ex materia constat, est corruptibile.

C*ælum constat ex materia. Ergo &c.*

Terræ cumulus in pilæ uel sphera figura rotundus imaginatus: materiei figuram & imaginem gerere poterit: cum sub diuersis formis plusquam cætera elementa elementataq; vniuersa sæpe sæpius appareat. & secũdũ d.Th.1.q.66.ar.1. infra. Materia terra dicitur, quia informis est. Intra rotundã terræ glebam, corruptos vermes ex ipsa cõpositos, existere imaginaberis: L*y autem omne, signum vniuersale adhærens subiecto, ipsumq; determinans per rotundam figuram prædicti terrei globi designabitur. Ergo figura prædicta ly omne demonstrat.* T*erra materiam ostendit, intro corrupti vermes ly corruptibile. Pes autem imus (dexter inquam)*

alicuius

alicuius hominis ſupra prædictam terram aliquantulum in arcum reflexus: C literam, & conſequenter per regulas ſupra poſitas cælum demonſtrabit: quòd ſi tibi hæc litera pro cæli non ſufficit ſigno, ſtellis pedem eſſe depictum, vt clarè cælum repreſentet, imaginato. ſi autem vtramq; extremitatem probationibus munire velis: quoniam eæ etiam medio cri ingenio memoriaq; præditis faciliter occurrent: ideo naturali ſunt commendanda memoriæ. Verum & ſi pro probationibus memoratu difficilibus figuras habere, & vbi hoc in exemplo & ſimilibus poni poſſint, ſcire deſideras: Notato probationes cuiusq; extremitatis, propè dictas extremitates, tamquam ad illas pertinentes poni debere. Probatio ergo primæ extremitatis prædicti argumenti, talis eſſe poteſt. Materia per *Ariſto. ſemper machinatur ad malum. Vel, Materia eſt in potentia, ergo ſatis idoneis familiaribusq; horum ab Ariſt. dictorum figuris omiſsis: (quas ratione ſatis digna exprimere nolumus: ſed oretenus ſicut alia multa reſeranda & explicanda ſeruamus) dicimus, quòd prædictus terræ cumulus materiam præſeferens inſtrumento quodam (quo moles aliqua impelli ſolet, quæ & machina dicitur) tangi agitari & circum uolui credatur, quod inſtrumentum a manu cuiuſdam hominis melle linita comprehendi fingatur. Sufficit ergo, vt huius uerbi, machinatur, aliquo ſigno pmotus recorderis, vt totius ſententiæ ſenſus occurrat: Manus autem & Mel: per ly* Malum *in propoſitione prædicta ſignificabitur. ſi autem pro probatione velis illud: Materia eſt in potētia &c. propè prædictum cumulum puteum ſine orificio,*

ficio, quo faciliter ipse cumulus intra eum impelli & immitti possit, imaginato. Probatio minoris. i. cælum constat ex materia, si, causa exempli hæc minor probari debeat, & propè eam, vt diximus, probationem poni oporteat: propè digitos vel ad talos vel supra pedem imum est sub aliqua redigenda figura. Poterit ergo talis esse probatio. Omne corpus constat ex materia: Cælũ est corpus. ergo, vt totius argumenti vis tibi occurrat, sufficere tibi poterit, ut recorderis, quòd cælum corpus est. Partis ergo humani corporis (quæ vulgo corpus dicitur, quod sub stomacho situm est, & prominet, & turget) speciem similitudinem figuramq; egregie gerit imi pedis superior pars, quæ cum conuexo & cauo pedis, quod pro cælo posuimus, correspondet: quod cælum est corpus indicat. Hic autem timeo, ne legens perdifficilem, tædio plenam, & numquam nisi magno cum labore & longo exercitio sibi hanc artem comparandam fore arbitretur, propter infinitas ferè figuras similitudinem memorandorum retinentes, quas in hac arte inuenire & uti compellimur. atq; ita post longam prædictæ artis lectionẽ, animo deiectus ab incepto desistat, opere & optata ab illo vtilitate priuetur. scito ergo mi lector, qud postquam sex mensium spacio uel circiter operam huic arti nauaueris, exercitioq; quæ legisti assequi & complere conatus fueris, qud tam facile, tam celeriter, tam copiose tibi memorandorum occurrent figuræ: quam facile, dũ aliquid scribis, literarum alphabeticarum tibi suppetunt notæ: Quod ideo dicimus, non vt cuiusq; minimæ rei semper figuram ponere vel vtilitate debeas vel necessitate cogaris:

(nam

(nam pro rebus principalibus duntaxat ſunt neceßitate con fingēdæ figuræ, atq; pro diſcurſibus & rerum multarum re plicationibus: pro reliquis dicendis & recitandis figuras po= nere non impellimur) ſed ut artis huius vim exercitijq; uti litatem pernoſcas. ſed ad rem noſtram reuertamur. For= ſan meminiſſe deſideras ſub qua figura & in quo figuræ mo do compoſita ſit argumentatio facta. ſi verbi gratia in pri= ma figura &c. ſi in barbara vel darij &c. Horum remi= niſceris, ſi tecum ipſe antequam in medium diſputationis de ſcendas figurarum & modorum: tales confinxeris imagi= nes, quæ illos repreſentent modos, quæ propè argumenta pro ſignis ſunt diſponendæ figurarum atq; modorum.

At ſi multiplicentur argumenta recenſenda: multipli= centur homines ſupra quibus hæc ſub figuris collocentur. ve rum alio geſtu diuerſoq; motu, moueri, aliaq; opera facere, ſecundum hominem, vbi reliqua locaſti argumenta, confin= gas: ſic de cæteris.

Quoniam in diſputationibus: eorum quæ neganda aut negata, & eorum quæ affirmanda vel affirmata ſunt a no bis vel ab alijs, reminiſci uolumus: idcirco & ea ſignis qui= buſdam ſunt obſignanda. verum quoniam ſæpenumero hoc contingit, ideo plures (& diuerſas multoties.) affirmatio= nis & negationis figuras & modos præmanibus nos oportet habere: Eapropter pro affirmationum & negationum ſignis atq; figuris, ea ſi uolumus, aſſumere poſſumus, quibus antiqui pro abſoluendis vel damnandis: pro fauore vel denegatio= ne uti ſolebant: Hæc autem erant huiuſcemodi.

1 Calculus albus in absolutione.

2 Calculus niger in damnatione.

3 Fabæ albæ in absolutione.

4 Fabæ nigræ in damnatione.

5 Litera A in absolutione.

6 Litera K in damnatione.

7 Litera T. cum res placeret.

8 Litera Thita damnationis erat.

Et nota absolutionis.

9 Pollex præssus fauoris signum.

10 Pollex versus denegantium est signum.

11 Creta notarunt veteres, quæ sequenda erant.

12 Quæ vicißim fugienda, carbone. Persius satyra quinta. Crin. li. 6. c. 8. Valer. de insti. anti. Plut. Polit. &c.

Rebus gestis & signis, quibus in absoluendo vel fauendo vtebantur, pro affirmatione vel affirmatis vel affirmandis assumes: Eis autem quæ in damnando vel negando vtebantur, pro negatione, vel negandis vel negatis, tu ipse tuis in disputationibus vti poteris: ita vt eisdem vti fingas: vel circa ea aliquid agere imagineris figuras illas, homines. s. vel animalia cætera, vel alia quæ viua aliquo modo dicuntur, vt ignem, vt aquam: quæ pro prædictis affirmationibus uel negationibus locandis assumpsisti. Mille etiã modis alijs, signamus quæ affirmata vel negata sunt, vt & tu legens experientia disces.

Si enti=

Si entimematũ recordari volueris, vel consequentiarum multarum, similisque generis argumentationum, par erit, earum singulis singulas donare figuras.

Exempla autem ponere haud esset difficile: verũ regulis exemplisque superius datis, noua apponere superfluum esse puto: eo maxime, quia tædio non solum acri ingenio lectores præditos: verum & mediocri pollentes Minerua, nos afficere posse, timemus: ea propter dimissis eisdem, ad finem tractatuli properamus.

De animaduersionibus circa figuras. Cap. XI.

1  *Vm rebus paruulis pro figuris uti volueris: vt puta formicis, apibus &c. multitudinem copiosam assumas.*

2 *Sicut locis non eodem die, nec sequenti vtimur, ita nec figuris implemus: vt supra de locis.*

3 *Rem aliquam, qua heri vsus fuisti, pro figura ne tam cicito v. g. hodie pro alterius rei imagine loces, ne fortè menti tuæ, quod prius illi dedisti, redonet. Si enim malum punicũ pro cibo ægroto conuenienti, collocasti, ne altera die ipsum ponas pro Rege pomorum omnium, eoquod Coronam habeat. Si quercus pro alicuius ualidissimi ligni figura, posita sit, post tam parui temporis interuallum, non est pro signo cibum porcorum representante, ponenda.*

4 *Priores figuras à suis locis delere difficile non erit, aliquo interiecto tempore. Verum si alijs post paululum sint replenda figuris: hominem mansionem intrare, cunctaque simulacra ad terram proijcere, & inde foris emittere, vel per fenestram proijcere fingas: Menteq́ue coneris sæpius noua uisere simulacra, ut memoriæ tenacius hæreant.*

5 *Memoranda res prius, quàm figuræ conseruanti donetur: bis vel ter, distincte legatur, sicut & Ciceroni placet.*

6 *Figuris naturalibus uel saltem absque intellectus nostri opere & præsenti imaginatione, existentibus: (vt sunt naturalia omnia, & artificum manibus fabrefacta) quo ad fieri potest uti nitaris: Et iterum ea quæ tibi in loco, quem figuris implere conaris, occurrunt, sunt pro figuris assumenda: nam semper imaginarijs vti figuris imaginationem nostram nimis laborare compellit. Fatigatur enim tam ipsas quærendo, quàm inuentas conuenienter locando, & locatas per imaginationem recensendo. Quod nostro experimento didicimus, & fatemur, cum pro figuris res, quæ in mansionibus nostris vel locis vbi habitamus, occurrunt, inquirimus, & locamus, parum vel nihil nos laborare.*

7 *Figuris autem illis vti elaborandum est, quæ loco (quem implere volueris) apte conueniant. Quod exercitio comparatur, & admodum vtile reperies.*

8 *Cum igitur pro loco vteris terra, terreis figuris vtaris, cũ aqua aquatilibus, cum Cælo cælestibus &c. Nusquã aut raro in Aere Aurum imaginandum erit.*

9 *Natura docet locatum loco, & è conuerso, conuenire debere.*

bere. Et ea propter, nec in Cella aut Ecclesia asinus per imaginationem ponendus. Ni forsan depictum: vel aufugisse confingas.

10 *Vna tantum litera vera vel ficta (.s. ab alphabetis animalium vel similium rerum sumpta) totam vnam sententiã vel versum integrum repræsentat, quod sufficit multis. si quis.n. Virgilij versus quàmplurimos repetere debeat, sat forte illi erit. primã literã cuiuslibet ponere; uersus uel carminis pro uersu ergo, ò Regina nouam, cui condere Iuppiter etc. ponet onagrũ; sequitur, Iustitiaq; dedit gentes frenare; pone ilicẽ. Troes te miseri &c. pone taurũ. Oramus prohibe etc pone olearum montem. Alium modum locandi, et confingẽdi figuras pro similibus infra ponimus sub eodem exemplo. Cũ figuræ desunt, cuius recordari velis, vocabulum scribas, quod euenire facile est, cum locare nos conuenit nomina secundæ intentionis, vel res spirituales: de primo, vt cum reminisci volumus huius uocabuli subiectum prædicatum conclusio &c. De secundo, vt cum recordari cupimus intellectus rationis, Mentis &c.*

11 *Si figura repræsentare debeat rẽ, quam sub sexu masculino vel fæminino nominamus, eiusdem sit ipsa sexus: vnde si paupertatis meminisse volo, non pauperem hominem, sed pauperculam mulierem pro figura suo loco reponam.*

12 *Si forte discursus aliquis verbotenus a te sit memoria retinendus: Verbum quod primo occurrit, illud locato: sit illud subiectum prædicatum, adiectiuum nomen vel substantiuum: præpositio: interiectio vel aliud quid: deinde cæ-*

tera verba.

13 *At notato, quòd si locato uno verbo. v.g. primo tui discursus &c. facile sequentis vel plurium sequentium recordaris, necessum non esse, quòd pro illis, quorum facile recordaris, alias adinuenias figuras: sed transeas ad alia, quæ memoratu sunt difficilia, & illa tuis notis obsigna, vt & supra diximus.*

14 *Animaduertito necessarium haud esse, vt quilibet locus vna tantum impleatur figura: nam experientia disces in eodem angulo uel alio loco plures figuras memorandorum deberi, & posse reponi: ni forsan in dicendo aliquis notabilis transitus fiat: vt contingit in dicendorum principalibus punctis et capitibus: quæ vt plurimum singularia expetunt loca.*

15 *Si enim quidam diui Thomæ articulus sit memoria retinendus: v.g. vtrum Deum esse sit necessarium: Affirmatiuam conclusionem è corpore assumptam vno in loco sub figura reponam. Et ibidem (si potuero) vel in loco sequenti figuras, quæ quinque rationes (quibus ea probatur conclusio) repræsentant: ordinate disponere possum.*

16 *In eadem lectione, seu concione, siue oratione, seu quarum uis rerum recitatione, caue ne bis eandem assumas imaginem pro diuersis, nec etiam pro eisdem memorandis & repetendis, ne forte contingat retrogradi: propterea ergo pluribus atque diuersis abundare figuris: literarumque diuersis & varijs affluere caracteribus & signis, quibus ipsæ literæ significentur, consultißimum erit: De his superius abunde locuti sumus.*

16 *In hac arte nouitij pro principalibus punctis duntaxat figuras confingant: ne multiplicibus figuris eorum grauetur memoria. sat enim erit pro qualibet lectione vel cōcione etc. decem vel quindecim vel ad plus viginti principalium memorandorum species & imagines suis locis ordinate disposuisse.*

17 *Quorum vt in pluribus euenire solet, vt memorari velis, eorum longe antea sunt confingendæ figuræ: hac ideo de causa, vt cum in tua fuerint condenda reponendaque memoria, tuis in locis, suis sub figuris quantocyus reponi ualeāt. Etenim si Iuristæ terminos: vel simplicium herbarum: seu diuersorum hominum vel regionum vel stellarum nomina similiumque rerum scias, te in breui auditurum, memoriaq; ea retinere & repetere uelis, vel cogaris, earundem rerum figuras adinuenire debes, vt tantummodo cum audieris non adinuenire figuras, sed ordinate eas locare & disponere poßis.*

18 *Cum in eodem loco, puta ecclesia vel palatio &c. diuersa locare debeas, memento, vt cum contingit de discursu in discursum transire, vel de materia dicendorum in materiā aliā, in principio illius rei, uidelicet conceptus vel discursus a primo diuersi, talem figuram componas, quæ conceptus variationē diuersitatemq; insinuet. v.g. si de effectibus charitatis, quos D. Pau. enumerat dicēs, Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam &c. trāsire velim paucis interiectis uerbis ad fructus spiritus enumerandos: quos ipse met. D. Paul. alibi ponit: tunc inter effectuum*

feruorem charitatis: spiritusq́ fructuum figuras: arborem pomis oneratam ponam, quæ fructuum omnium subsequenter dicendorum erit figura: Deinde propè illam ponas figuram primi fructus, qui est pax: duo uidelicet se osculantes, & sic deinceps: Etenim si absq; prædictæ arboris figura: duo se tibi osculantes occurrant, quid tuæ quæso indicabunt memoriæ? Nil; uel si aliquid conceptũ obtruncatum, aut cum superiore continuationem ostendent: quod errore plenissimum est.

19 *Multa alia animaduersione digna circa figuras inueniendas siue locandas suis in locis supra digeßimus.*

De conditionibus figurarum. Cap. XII.

1 *Maginariæ, vel reales figuræ mediocris staturæ sumãtur; maxime si loca, in quibus figuræ sunt collocandæ, ampla non sunt, ne loca nimis repleta, confusionem inducant memoriæ: si autem loca sint ampla, magnas ibidem figuras locari nil vetat: immo & conuenit.*

2 *In eo altitudinis gradu tua simulacra ponantur, vt absq; nimia oculorum eleuatione, aut eorundẽ depreßione, ea cuncta perlustrare valeas.*

3 *Notæ & imagines mediocri sint luce perfusæ, sicut supra de locis asseruimus.*

4 *Distent ab inuicem figuræ spatio decem cubitorum, ni forte*

forte locus notissimus sit: tunc enim figura figuræ propior poterit esse. Hoc autem dixerim necesse fore, cum sit transitus ab vna in aliam rem: nam, vt diximus, in eodem loco plures figuras ponere non dedecet.

5 *Cæra vel aliquo huiusmodi imagines confingere, quàm plurimi, multum prodesse memoriæ experti sunt.*

6 *Cum figuras locas, videas quæso, ne prima quæ occurrit, subito in loco ponatur, nisi sit tibi conuenientissima: nam postquam eam locaueris (clarissimum est) per difficilem esse (si occurrerit alia conuenientior,) primam à suo loco proijcere.*

7 *Figuræ aliquid agere imaginentur, alioquin memoriam non excitant. si equus ponendus; vngula terram fodiat; si lupus, deuoret: si homo, aliquo gestu capitis manus uel pedis uel corporis se moueat. motus autem sit talis, quòd se a suo loco nequaquam remoueat.*

8 *Si plures figuras simul ponere te oporteat (sicut contingit, cum nomen aliquod litteris animalium vel auium componendum est) inter se inuicem figuræ ordinate imaginentur, & vna in aliam aliquid agere confingatur: si hoc nomen, Deus, componendus sit, pro D. Draconem, pro. E. Elefantem, pro V. Vrsum, pro, S. Serpentem ponam. Draconem extensum ponam in terra, Elefantem eum conculcantem pedibus anterioribus, quem Vrsus in posteriora mordeat dentibus, & vnguibus excarnificet, & Vrsi pedem serpens vel sus corrodere existimetur.*

9 *Positis figuris semel saltem, antequam alijs repetere debeas, tu ipse recenseas.*

De vsu in particulari quorundam locorum & figurarum sub exemplis. Cap. XIII.

1  *Cito prudens lector, quòd alphabeta multa supra posuimus, ut pote stellarum, impressionum aerearum cæterarumque animalium, arborum, lapidum & cætera. Quorum vsus est, ut omne illud, quod sub aliqua litterarum alphabeti redegimus, ad compositionem dictionis vel nominis deseruire poterit. vnde si componere voluero hoc nomen Atrium, pro a, sumam arietem vel abietem, vel &c. pro T. taurum, vel &c.*

2 *Aliquando ipsa nomina rerum, quæ sub alphabetis posuimus, vel in parte vel in toto vel secundum nomen duntaxat eam rem cuius meminisse uolo, representant; sicut est in æquiuocis videre, sicut superius diximus; idcirco, malum, quod pomum est: malum quod morbus est, vel rem malam representabit: & canis terrestris: cælestem &c.*

3 *Tertio effectus: operationes naturæ, diuersitas eorum, quæ sub alphabetis prædictis reduximus, deseruient, ut similium rerum (in aliquo saltim similium) recordari poßim, sicut supra in octauo capitulo scripsimus.*

4 *Officinis diuersorum artificum artificibusque earũdem animalibus, quadrupedibus, arboribus, auibus: deinde herbis: locisque omnibus amplißimis optime vtimur: si quodam ordine in duobus fratrum claustris per imaginationem, omnia prædicta disposuerimus.*

5 *In quolibet enim angulo deambulatorij claustri &c. duæ sunt ordinandæ officinæ, quarum apertura & ostia plateæ, vbi herba, claustrique meditullio centroque correspondeat: Inter angulum deinde priorem, sequentemq; vnã tantum, & sic deinceps; & hoc secundum alphabeti ordinem. itaque primo loco vnam officinam sub nomine a: v.g. Abaco, Arithmetici scholam, secundo loco Barbitonsoris apothecam. & sic deinceps.*

6 *In medio uel ostio quarumlibet officinarum, Artificem ipsum sub eadem litera dispones. Ante uero quamlibet officinam, arborem, sub arbore animal, supra arborem auem: quæ omnia ab eadem incipiant litera, collocato. Impleto sic claustro, tum in parte interiori, tum exteriori, in medio foueam imaginato, quæ usque ad infernum pertingere videatur: ex qua apertura infima & amplißima cernes loca: quibus tuis obsignatis figuris, ad superiora perges, vsque ad supercælestia inclusiue: si opus tibi fuerit.*

7 *Si hoc ordine prædictis locis uti uelis, maximo tibi emolumẽto ea, esse promittimus. Alio etiam modo, vt supradictum est: prædictis vtimur locis.*

Omißis consultò exemplis, quæ ad loca ampla pertinent, vt puta ciuitates, castella &c. Vel ad loca mediocria, vt puta ecclesias; ædificia: vel minora, vt officinas diuersas (quoniam apud diuersos diuersis in locis diuersificantur) de reliquis locis in prima tractatus parte citatis: quæ loca apud omnes eodem semper modo se habent: & exempla supra dedimus, & quædam insuper pro artis huius pleniore

declaratione amplioriq; intelligentia in præsentiarum addi mus & subnectimus: Quibus positis, quædam exempla de quarundam figurarum vsu, vt amicis quibusdam morem geramus, in medium adducemus.

De amplissimorum locorum vsu tale nobis occurrit exemplum, quod Concionatoribus haud erit inutile.

ET si secundum naturam cor cuiuslibet hominis alterius similitudinē specificam habeat: propterea quia omnia humana corda sub vna eademque, sicut & ipsi homines omne species, reponuntur. Veruntamē in genere moris, diuersa diuersis hominibus inesse corda fateri cogimur: & ea diuersis nominibus iuxta eorum diuersas qualitates conditionesque, nuncupari, & epitheta diuersa sortiri: Aliquorum enim hominum propter scelestißimos cogitatus & obscurißima desideria, quibus agitātur, cor profundum velut inferno simile dicitur. veh qui profundi estis corde. Isaiæ primo. Aliorum graue appellatur, Filij hominū vsq; quo graui corde. Psal. 5. Hi enim terrenæ substantiæ vel inhiant irrationabiliter: uel a cælo cælestibus ve rebus abstracti atque seclusi in terram corde fere semper inueniuntur depreßi: dissolutum est cor eorum Iosu. 5. dicitur de illis, qui in multos atque diuersos sæpe sæpius cogitatu atque affectu dilabuntur errores: Qui velut superabundans aqua regiones multas infundit, sic tales suis fluidis cogitatibus affectio-

fectionibusq́ per diuersa quasi inundantes aquæ labuntur: Immo & velut amarissimum mare ebullire dicuntur. Cor impij quasi mare feruens. Esa. 57. Aliquorũ corda vana gloria velut aere inflatæ vesicæ distenduntur: q̃ ẽt ttão facilius eleuãtur in aerẽ, quanto inani subtili leuique re pleniora inueniuntur: De eorum quolibet Iudith. primo Cor eius eleuatũ est. Quædã vero corda sic inflãtur superbia, quòd ad cælum vsque elata dicantur 2. Par. 26. Eleuatum est cor eius ĩ interitum suum: et indurabitur quasi lapis, Iob. 4. Alij diuisum cor habent: Diuisum est cor eorum, Oseæ decimo: hi sunt, qui in duas claudicant partes: Quiue duobus dominis seruire gestiunt. Cor durum alij retinent: Cor eius indurabitur quasi lapis, Iob. 41. Alij septem peccatorum nequitia impurum cor poßident: septem nequitiæ sunt in corde illius, Pro. 26. Alij cæcum, de quibus. Eph. 4. tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorãtiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Cor uanum retinent multi, de quibus Psal. 4. Cor eorum vanum est. vacuum, videlicet meditatione inardescente: & absque boni affectione: quo fit, ne bona quidem loquãtur, sed tãquam sepulcrum patens cor eorum existat, insuauem exhalans odorem. Peruersum etiã cor inuenitur, quo & naturæ, deiq́ ordinem dispositionemque peruertere in seipso molitur: & rebus penè vniuersis inuerso vti nititur ordine. Veh autem præ omnibus eis, qui peßimum habuerint cor: quo etiam contra Deum ipsum eleuantur, & erecto collo, vt scriptura dicit, contra dominum quasi procedunt, dum aduersus eum

cogitationes peßimas machinantur: Hoc ergo cor Deo infenſißimum exiſtit, ſicut & ſacra (Prou. 6.) ſcriptura commemorat. Cor machinās cogitationes peßimas. Iā ergo audiſtis cordium diuerſorum hominum variam malignitatem, improbitatem atq; nequitiā: verum qui voluerit, cui & Deus annuerit: contra has omnes mali cordis peſſimas conditiones qualitatesq́; moliri bellum, dimicare: etiā & illas oppugnare & expugnare poterit: & Dei roboratus munimine, vitiorum vice totidē virtutibus id orare valebit. E apropter qui profundi cordis erat, cœleſtibut repletus edulijs, (quæ ſurſum eleuant mentem) aſcenſiones in corde ſuo diſponat: Qui graui: diuina imbutus ſcientia uel ſapientia exaltabitur apud proximos ſuos, & nomē hæreditabit æternū: Graui corde hominibus tale quid D. Pſaltes ſuadere voluit: ſubiungēdo. Et ſcitote quoniam mirificauit &c. Qui enim gloriam ſanctorum nouerit, & quomodo deus eos in cælo ſit honeſtaturus à ſacra ſcriptura cognouerit, graui cæcitatis et ignorantiæ onere in terra demiſſo, celeriter rapictur in cælum. Per cæteras mali cordis conditiones qualitatesq́, quas ſupra citauimus, diſcurrens concionator, & contrarias ex aduerſo cum prædictis conferens: eas non ſolum exaggerare: verum & audientium animis ſuadere, et penè inſerere nititur: Harum autem diuerſarum conditionum cordium ad inuicem ab ea facta collatio, eundem concionatorem bis ex integro a ſummo vſque deorſum (vel quo voluerit ordine) prædictum diſcurſum repetere cogit. At prædicti diſcurſus iterata recitatio & repetitio, ſub vna eademq́; recludetur

artificio=

artificiosa memoria, ac eisdē in locis sub eisdem figuris conseruabitur. Nam postquam prima vice loca perlustraueris vniuersa, in quibus sub figuris hæc prædicta disposuisti: aliquo signo vltimo in loco disposito, puta manu regressum demonstrante: vel homine obsistente ne vlterius progrediaris, sed gestu pedis vel alterius membri de repetitione & reuersione admonēte; eadem loca pertransire, figuras inuisere, & conceptus penes eas dispositos extrahere poteris. Loca autem huius discursus sunt infrascripti. Profundum inferni deseruiet, pro corde primæ conditionis: Elementum terræ, quod inter cætera elemēta grauissimum est, pro corde secundæ conditionis. Pro tertio corde, idest dissoluto, Aqua propter sui diffusionem. Pro quarto aer, quod elemētum primum est, quod supra nos eleuari conspicimus. Pro quinto ignis deseruiet, qui omnium subcælestium corporum primus est, & loco cæteris sublimior. Pro sexto corde, idest diuiso, nobis deseruiet cæli Lunæ infima superficies terram versus disposita: qua & subcælestia terminaris, & ibidem cælestia inchoare, & quasi vtraque diuidere, & ea ab inuicem separari cogitato. Pro corde septē nequitiarum: Planetæ oēs, qui septem sunt, poni hac in arte conuenientissimo poterunt. Pro corde excæcato, cælum fixarum stellarum, quæ cælestes oculi dici assolent, & per Antiphrasim, cæcum cor, tale cælum demonstrat. Cælum nonū, vanum cor indicabit: nā, vanum ac superfluū positum à quibusdā & inuentum asserunt multi: Pro peruerso primum mobile, quia peruerso vel melius inuerso: respectu tamen inferiorum orbium,

contra-

contrarioque motu mouetur. Cum id ab oriente in occidentē feratur: reliquis spheris ab occidente in orientalem plagā tendentibus. Cælum empyreum vbi lucifer eleuauit se contra Deum, *pro pessimo corde audacter reponitur. Exempla ponere quomodo singulis amplißimorum locorum partibus vti poßimus superfluum, tædio plenum, graue nobis, lectori grauissimum, & nostri tractatuli breuitati satis contrarium existimo, ac ideo dedita opera ea dimittimus. Quod & de aliorum locorum infra dicendorum portionibus vniuersis, nos fecisse intelligas.*

De vsu locorum minimorum, qui homines sunt, quædam nunc exempla subnecto.

O*Cto euāgelicæ beatitudines, quæ sunt voluntaria pauptas: Mititas: Luctus: Esuries: Misericordia: Cordis munditia: pacificatio: malorum tolerātia, et eorum voluntaria & læta perpeßio, supra hominem (quem tamē noueris:) sic locato. Sicut apud sacros doctores capilli capitis, pro superfluis rebus, ac diuitijs (si affluant) poni solent: sic eorum uolūtaria à nobis abrasio facta paupertatem indicare poterit: In capite ergo prædicti hominis capillis abraso paupertatis signum atque figura poterit apparere. Deorsum autem gradatim ac pedetentim à capite, iam sæpe dicti hominis in inferiores partes descendendo, Mititatis recordabimur: si amborum superciliorum in arcus in ipsius medio deflexi figuram & quasi characterem M. figurantium cōspexerimus. Luctum oculi. Os exuriem, Brachia deorsum protensa ac*

subin-

ſubinde Manus apertæ miſericordiam. Atque ſub ipſis & inter ipſas cor locatum, atque à natura in medio ferè diſpoſitum pectore, eius munditiam demonſtrat. Crurum utrorumque figuræ duplicem P. tali ſigno demonſtrantes pacificationis & perſecutionis exiſtere poſſunt figuræ.

Iterum de eorundem minimorum locorum vſu.

D*E bonis, quæ in terra uiuentium perfruuntur beati, loquens concionator, multa, quæ à ſacra extraxit ſcriptura, populo deprompſit, dicens. Cum de reliquo repoſita ſit nobis corona Iuſtitiæ, quã in illa die reddet nobis iuſtus Iudex: Ideo poſt hac (in cælo videlicet) corona aurea gemmis compluribus circum ornata micantibus, perpetuo coronati inueniemur. In cælo gaudium æternum cũ angelis poßidebimus. Gaudent in cælis animæ ſanctorum, canit eccleſia. In Paradiſo Dei noſtri, Lætitia inenarrabili perfruemur: nam ſicut lactantium omnium habitatio eſt in te, dixerat Dauid: Et alibi, Lætamini in domino, & exultate iuſti. Qui lætabuntur in cubiculis ſuis. Iterum ergo ibi magna erit beatorum exultatio in domino, dum exultabunt ſancti in gloria, Pſ. 149. In Domo patris domini noſtri, vbi manſiones multæ ſunt perfectißima (vt pote beata) ſcientia decorati erimus: Quando ſcilicet Deus perfecte ſcientiam ſanctorum dederit nobis, & honeſtauerit in laboribus, & compleuerit labores noſtros, ſicut Sap. 10. ſcriptum eſt. Viſione inſuper Dei, vt clariori vtamur ſermone, ipſo, in loco ſancto eius, apertißima beatißimaq; ꝑpetuò ꝑfruemur. Qua & ꝑ maxime*

xime lætificabimur: lætificabis me in gaudio cũ vultu tuo: Nam hæc est vita æterna, vt aperta atque beata visione, te uerum Deum cognoscant, & quem misisti Iesum Christum. Ioh. 17.

Quid inquam? Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te: Os nostrum ergo inferius exteriusq́ laude diuina (dulciori quidem super mel & fauum) repletum erit. Inibi igitur laus in Deum resonabit æterna. Suauißimi etiã cantus: dulcißimumque Melos, lætißimumue. Alleluia, & Harmonici concẽtus audiẽtur. Cibus & potus beatos uniuersos in æterna uita conseruantes inuisibiles erunt, sicut & Raphael Angelus dixerat de se. Ego cibo & potu, qui ab hominibus videri non p̃t, vtor: qui cibus & potus vniuersis animabus conuenire credendi sunt. Nec exteriora pascua deficient, quò vniuersi sensus nostri refecti permaneant: nam ingrediemur & egrediemur, Diuinitatem contemplantes & perfruentes: et egrediemur humanitatẽ Christi sublimẽ in gloria conspicientes, et pascua inueniemus: sensus. n. nostri Christi humanitate maxime oblectabuntur. Cibus, frumenti adeps erit: cibabit eos ex adipe frumenti: Psal. 80. Et alibi: & adipe frumenti satiat te. Aqua autem sapientiæ salutaris, potus erit. Et aqua sapientiæ salutaris potabit nos Deus. Eccl. 15. De sancta autẽ ac sobria ebrietate, qua inebriabuntur sancti ab ubertate domus Dei: Ac de saturatione, qua satiabuntur cum apparuerit gloria eius, nullus satis, nemo digne loqui potest. Insuper in monte hoc sancto Dei, summus inerit ac perpetuus

cordi

cordi Iubilus, quem apprime ac perfectißime Dei populus in cælo existens, uere in re fœlix dici potest. Beatus populus, qui scit iubilationem. Psal.88. Istis, in ciuitatis supernæ tabernaculis, omnimoda absque fastidio inuenitur repletio: Nam replebimur in bonis domus tuæ: prædixerat David Psal.64. Illic in supercælesti Hierusalem. Quoniam confortauit dominus seras portarum suarum. secura seßio erit pulcherrimum pacis subsellium habens: sedebit. enim populus meus in pulchritudine pacis, ait scriptura. Esaiæ 32. Pax autem erit continua. Quies non interrupta, somnus suauißimus non intercisus: alienationem mentis non operans: nec intellectus speculationem minuens uel interpellans: sed vigilem continuumque: quietum atq; securum beatißimæ contemplationi animum constituens. Inibi merces magna nimis, Deus in secula benedictus: Ego ero merces magna nimis, ipse olim Habraæ loquens, promiserat, Gen.14. videte quæso coagitatã & superfluentẽ meritis vestris mensurã in sinum vestrum dandam, & à vobis lætanter suscipiendam. Videte magnificam munificamue retributionem: Denarij supercælestis, in quo conuenistis, præciositatem attendite, æternæ gloriæ pondus, quod modo operatur in nobis: (leue quid ac momentaneum tribulationis nostræ) quod quidem in æterna gloria posidebitis, considerate, & cætera.

Prædictorum decem & nouem capitum huius discursus memoriam supra quendam hominem tibi notum (et) in tali loco positum, hoc infra dicẽdi modo, locabis. Imaginata corona auro fulgens gẽmisque maxime in suiipsius summitate co-

te coruscans coronæ in cælo perfruendæ, ac conditionũ eiusdem erit indicium. Galerum autem supra vel circa quod prædictã coronã disponimus, gaudij extiterit signum ꝑ regulas in 9. cap. secundæ huius partis traditas. Galerum autẽ prædictum aurea gemmataque ornatum corona super prædicti hominis caput locatum imaginaberis. Per regulas supra citatas lætitiæ figuram habebis si morbi cuiusdam capiti aduenientis humano & primas lætitiæ syllabas retinentis recordatus fueris, quo & prædicti hominum caput languens imaginaberis. Exaltatio autem qua quis exultans vel admirans frontis in altum erigit & eleuat rugas, exultationem indicabit sanctorum. Interiorum sensuum in capite locatorũ, quorum primus communis dicitur sensus circa frontis partem interiorem residẽs consideratio scientiæ qualemcunque similitudinem dabit, cum nil scientiam, ni illud qđ per illos ordine quodam pertransierit: Circa ac intro partem interiorem frontis, cuius frontis in superiori capite discursus præsentis mentionem fecisti ordinate & successiue disponuntur à sensu communi incipiendo: Ordinem ergo tenemus in nostra memoria dum exultationem in fronte, & scientiam immediate sub fronte sub citatis figuris reponimus. A capite istius hominis in anteriores partes eiusdem ordinatè descendendo occurrunt oculi. Qui beatificæ visionis poterunt esse figuræ labia laudem demonstrant, tum quia in os lingua reuerberante laus exterius resonat: tum præterea, quia labia easdem vtriusque nominis primas retinent literas. Sonus autem à labijs linguaq; repercussione

con-

confectus, & ab illis ad nos exiliens cantus exiſtit figura. Interiores autem ipſius oris partes, vbi, ac quibus mãdimus cibum deglutimusq; potũ, cibi nos admon et potusq; cæleſtis.



In ore autem stomaci, quod prædictis succedit ac subest partium: in quo & primò facillimè saturatio redundat, & dignoscitur ebrietas: Vtriusque vocabuli reiq; indicium existere poterit. Cor, vt ita dicam, exterius, carneum scilicet, in pectoris parte, & si supra stomachum, tamen sub ipsius ore, ab ipso uulgo non incongrue penitus credito, positum: quodq; iuxta Hippocratem, benigno affluens sanguine, lætitiæ etiam exterioris in carne redundantis causa est. Interioris iubili in cælo perfruendi erit imago. Venter, qui in inferiori nostri corporis portione constitutus est, repletionem indicat: ni forte superius dum saturationis mentionem fecisti, repletionis etiam recordatus fueris. Si autem sedeat homo prædictus: eius seßio seßionem illam superius citatam indicare poterit vtraque sura cum utroq; tamen oße cruris propter figuram. P. similem: quam exprimunt; pacem in præsentiarum demonstrant. Qua ēt ratione pes imus à talis incipiens, & ad digitos usq; profluens. Q. huius figuræ demonstrat, indicatq; quietem: Ante huius hominis pedes interea effusa pecunia mercedem significabit: Modius autem secus pecuniam ordinate, & successiue locatus mensuram: supra ipsum denarium vel multa denaria collocata: Aeternum denarium significabunt, circa uidelicet os eius: Pro ponderis figura statera deseruiet, si supra uel secus prædicta ordinate locetur.

Quomodo

Quomodo humanis digitis noſtra hac vtamur in arte.

QVamplures ſacræ ſcripturæ expoſitores, ac catholici declamatores, quinque afferunt impedimenta, quibus Dæmon, tanquam inimicus homo, quinque digitis manus os peccatoris obſtruere ſolet, ne Confeſſario in ſui ſalutẽ ſua pandat peccata: Quorum primum impedimentum, iuxta Ioh. Raulin: Impotentia eſt, qua ipſe peccator, Dei miſericordiam non attẽdens, peccato ſe credit non poſſe reſiſtere. Secundum: Fidei fractio tẽpore elapſo pluries reiterata: Longioris vitæ ſpes fallax eſt ſtulta præſumptio: Amor ſui ipſius amicorumve. Verecundiæ moleſtia, dum quis quæ fecit, vel cogitauit obſcœna ore confiteri compellitur. Digitus, pollex dicitur, quia cæteris potentior eſt: per antiphraſim impotentiam oſtendit. Index, quo cælum verſus erecto iuramus, eodem figura fidei fractionem figurat. Medius, qui cæteris longior eſt, longæ vitæ nos admonet. Anularis (ad quem vſque, iuxta Macrobium & Albertum magnum, vena à corde procedens profluit & extenditur; ob quod etiam anulo inſignitur ad matrimonij fidem amoremq; indicandum): amorem proprium peccatoris exterumq;, quo amicos amat, demonſtrat: Minimus, qui omnium deſpectiſſimus eſt, & auricularis dicitur, quia eo mundantur aures: Verecundiæ cauſas talemve paſſionem nobis oſtendit.

Iterum de vsu eorundem digitorum exemplum aliud.

IN octaua quæstione primæ partis D. Tho. asserit omnibus in rebus Deum tribus inesse modis: Per potentiã præsentiam & essentiam: Pollex ergo potentiam: Index quo præsentia demonstrantur, præsentiam; Medius, qui ab alijs compressus vallatusq́; penè occulitur, vixq́; videtur, essentiam, quæ videri non potest, indicant. Iterum in bonis hominibus per gratiam & charitatem inhabitat Deus. In sanctis per gloriam. Anularis, quia amoris, vt diximus, indicium est, gratiam & charitatem: Minimus, qui postremus est, gloriam quam postremò dat Deus qualitercunque repræsentare potest: per antiphrasim autem digitus inglorius, & ignobilis gloriæ signum memorabile erit.

De modo quo quibusdam hominis membris ac sectionibus eiusdem supra in cap. xj. Secundæ partis positis utimur.

MEmbra diuersa humani corporis, diuersa nobis indicant. Digiti pedum eorumq́; articuli velocem, & velocitatem nobis ostendunt: Oßium crurum rectitudo, suris opposita rectum, rectitudinem. Genua timorem tremorem vel humilitatem. Gremium fouentem vel fauentem vel fauorem vel verenda loca verecundiam: castitatem, pudicitiam, uel aliquos, tales conditiones poßidẽtes:

tes : Iterum generationem vel generatum: filium, patrem, matrem, &c. Umbilicus centrū rei cuiuslibet, medium vel medietatem; Omnem im communi virtutem, quæ consistit in medio: Stomachus sobrietatem vel sobrium, ieiunium, vel ieiunum, &c. Pectus constantiam: iterum: Pectus discoopertum sinceritatem: coopertum duplicitatem. Omnia autem membra interiora diuersas significabunt res nostro proposito deseruientes: Nam cor amorem. Fel iram. Pulmones animo deiectum, pusillanimitatem: Manus & brachia hinc & inde deorsum pendentes: petentem misericordiam, vel ipsam misericordiam. Manus iniunctæ & eleuatæ orationem: Manus cancellatæ, idest digitis insertis compositæ admirantem, admirationem. Brachium in altum extentum & in pugnum complicata manus pugnam, iram, fortitudinem. Brachia nuda: virtutes, vires. Humeri patientiam: onus Charitatem ac Pietatem. Collum, in quo neruorum omnium, qui dura sunt corporis ligamenta, & à capite in totum corpus defluunt: Rei alicuius vel rerum colligantiam: coniunctionem, conuenientiam, atque similia designant. Sensus omnes ac eorundem organa præter actus ipsorum sensuum, quos apertißimè demonstrant, alia etiam nobis indicant. Oculi, qui iuxta Arist. reiq; veritatem inuentioni deseruiunt, rem inuentam vel inuentorem significant: Iterum intelligentiam, intellectum, scientiam, curiositatem, petulantiam, luxuriam, fatuitatem, similiaq; quæ oculis facillime demonstrari solent. Auris instrumentum & subiectum auditus, Disciplinæ nos admonet, atque do-

doctrinæ: disc ipuli etiam atque doctoris imago poterit esse: Auditus enim disciplinam à doctore traditam indicat: Iterum auris obedientiam humilitatemue præ se fert. Os, cuius in partibus exercetur gustus, sobrietatem, parcitatem, abstinentiam. & iterum, quia ore loquimur, locutionẽ atque silentium: Nasus odorum discretiuus, discretionem, iuxta D. Antoninum. Frons discooperta, nulla notatum infamia: cooperta infamem: Renes & lumbi, castitatem vel luxum. Nates ignauum desidemq́: conglobata enim caro ad sessionem apta huiuscemodi hominem significare poterit. Poplites, qui sic dicti sunt, quòd post plicentur, duplicitatem fraudemq́ prætendunt. Quæ membra virtutes significare diximus, quia contraria debent fieri circa idem: idcirco uitia opposita demonstrare poterunt. Quædam autẽ membra alia ratione contraria significant, scilicet per antiphrasim, ut intuẽti patet. Hic tertio animaduertito, quòd q̃ in abstracto aliquid significare diximus, in concreto eadem significare intelligas, & è conuerso: Pectus enim non tantum constantem, sed & constantiam significare potest, & sic de cæteris.

De quibusdam huius artis figuris. Et primo de humanis digitis, ac eorundem nominibus, & eorum vsu in hac arte præsenti.

HVmani digiti in qualibet manu sunt quinque: Primus, qui cæteris breuior, sed cunctis potentior, unde & Pollex

lex dicitur: Appellatur etiam & Hallux, quia ſuper alios ſaltat & ſcandit. Secundus Index eſt, quem alio nomine veteres ſalutarē dixerunt. Hoc digito ſilentium etiam antiquitus indicebatur, ſi ad os compreſſus & ſuppoſitus oſtenſus fuiſſet, Martia. libro de Nup. Phil. Tertius medius eſt, qui & aliàs uerpus à verrendo podice dictus eſt. Vnde & tertiò infamis vel famoſus, vel impudicus dictus eſt: Quartus Medicus vel medicinalis & anularis appellatur: Quintus, qui minimus & auricularis nominatur. Pollex ergo potentiam, ſaltum, ſcanſionem vel aſcenſionem ſignificare poteſt: Index ſalutem: & ſalutare, ſalutiferū etc. ſilentium, iuramentum & fidem. Medius, quia medium tenet, honorem uel honoratum: regem: præſidentem: Quia longior & maior cæteris: maiorem vel maioritatē: longitudinem: excellentiam quālibet. Vel quia verpus dicitur, infamem, impudicumq; demonſtrat: Medicus: Medicū, medicinā. Quia anularis: matrimonium: amorem, fidelitatē, obſignaturam & obſignatum: Minimus humilem atq; deſpectum: vel obedientem, quia auri deſeruit: vel immundum: Nec arti noſtræ officit, quod idem membrum diuerſa & aliquando etiam contraria ſignificet: nam diuerſo propoſito: diuerſis in locis: tempore diuerſo: pro diuerſis eodem vti membro, ac etiam qualibet artis noſtræ figura res præſeferente diuerſas non dedecet, non inconuenit, immo ad hoc ſæpius ipſa neceſſitate compellimur.

Iterum motus diuersi corporis variarum rerum nobis imagines donant.

ELeuatum igitur caput superbiam indicat: Os apertum, cœlum, blasphemiam, blasphemantem &c. Manus complicata auaritiam: Manus aperta liberalitatem: Iterum dextra liberalitatem, munificentiam: sinistra auaritiam, cupiditatem, tenacitatem: Dextra iterum honorem, prosperitatem: sinistra ignominiam, infortunium. Pes dexter affectionem & affectum bonum: sinister in malum accipitur. Pes defixus immobilitatem, firmitatem, constantiam. Oculus in terram depressus, verecundiam, honestatem. Oculorum autem motus diuersi plura interiora cordis ostendunt, paßionesq; multas hominis indicant nobis. Pedes ad fugiendum compositi, fugam, timorem: commordens sibi digitum, vindictam vel blasphemiam. Primi dextræ manus digiti, quasi ad numerandum compositi, vel ad scribendum deflexi, numerorum vel scripturarum: vel numerantis vel scribentis indicia sunt. sic de cæteris.

De vsu alphabetorum omnium siue characteribus constantium, vt sunt alphabeta græcum: hebraicum: Latinum; cæteraque: vel ipsis naturalibus rebus: vt sunt alphabeta mineralium, lapidum, gemmarum, herbarum, arborum, gummarũ: piscium, auiũ, impreßionũ, stellarum, hoĩum &c.

CVm quæ locanda sunt, vt memoriter teneantur: quæ vel esse non habent præter opus intellectus, vt intentionalia

tionalia omnia vel pure spiritalia sunt: vt gratia: vt virtutes ferè omnes, quæ vix exterius apparent, vixq; comprehendi possunt: Quorum omnium similitudo ac exterior figura excogitari & inueniri haud occurrit: tunc ad alphabeta prædicta superiusque ordinate disposita confugiendum restat, quibus prædictarum spiritualium rerum, & secundæ intentionis nomina componas, sicut supra prælibauimus, & hic denuo tanquam memoratu necessarium consulto repetimus.

De vsu alphabetorum ex literis & caractheribus compositorum.

PRo cuiuslibet rei figura, per regulas superius dictas in nono capitulo omne illud poni potest, cuius nomen initium habet ab eadem litera, à qua res cuius memorari volueris, incipit: Quapropter apte recordor pessimorum ludi fructuum effectuumq;, si inspiciam in manuum articulis uel alibi dispositas per imaginationem literas illas, à quibus prædictorum fructuum nomina initium habēt. Unde quidam declamans, & ludi errores exaggerans & commemorās secundum alphabeti literas viginti, tot enumerauit errores; quot apud Gabri. Barl. & Paral. & D. An. inuenies.

Iterum de eisdem alphabetis ex characteribus compositis.

OMnes literæ: cuiuslibet sint alphabeti, numerum di- quem denotant: A prima nostri alphabeti litera: & Alpha prima in græco: ac Aleph prima in hebraico, vnitatem & principium numeri denotant: B binarium: C. ternarium numerum, & sic de cæteris alphabetis, & alphabetorum literis. Verũ enimuero figuris caracteribusq; quibus arithmetici numeros signant, vti possumus: Insuper etiã quibusdam alijs modis, sicut superius prolixè satis diximus, prædicti numeri notari possunt. At quia uarietas & diuersitas, qua diuersos notamus numeros, conducit memoriæ & eam tenacem reddere valet: ideo dicimus, quòd si sæpius diuersorum numerorum species haurire memoria velis vel easdem pluries replicare, & absque tædio & sine erroris uagationisque periculo eas tuæ celerius occurrere menti desideres, omißis quibus arithmetici vtuntur figuris: vel easdem pluries replicare species, quibus non frequẽtius vtimur, cum non satis memorabili signo ab inuicem distinguantur, ad prædicta alphabeta recurrere poteris, characteres atque figuras: & quodlibet elementum & litera numerum aliquem tibi donare poterit, præter primam, quæ prima vice in figuram desumpta, non numerum, sed numeri principium & vnitatem donabit. Prima ergo Alphabeti litera v. g. A. vnitatem: B. binarium numerum donat. & sic deinceps. vniuersis aũt literis prima vice de= cursis,

cursis, ad A iterum redeas, & duplicata figura pro vigenario supra vnitatem deseruiet numero: sic de reliquis literis alphabeti prædicti dicimus, In infinitum hoc modo literas replicando procedere posses, sed tutum haud est: nec arti nostræ consentaneum; idcirco duplicatis characteribus litterarijs, quibus nos vtimur, per hebraicum atque græcum eodem modo discurras.

De Alphabeti hebraici vtilitate.

AB Hebraico alphabeto aliam vtilitatem nostro deseruiente negotio extrahere possumus: nam quia mysterijs multis haud caret, et quoniam eiusdem quælibet littera significationem etiam duplicatam & triplicatam habet: idcirco tales characteres; diuersarum rerum per ipsos significatarum indicia & signa erunt, & è conuerso: Harum autem litterarum & prædictorum characterum nomina & appellationes: & si superius posuimus cum hebraicos characteres disponeremus: hic tamen easdem replicamus litteras litterarumque nomina hac dum taxat de causa, vt penè illas earumdem significationes poneremus, tum ad nostræ artis pleniorem notitiam, tum ad legentium vtilitatem & eorundem animi oblectamentum.

Alphabetum Hebraicum.

HE ה	DALET ד	GIMEL ג	BET ב	ALEPH א
IOTH י	TETH ט	HET ח	ZAI ז	VAV ו
MEM ס	MEM מ	LAMECH ל	CAPH ך	CAPH כ
PHE פ	AVN ע	SAMECH ם	NVN ן	NVN נ
RES ר	COPH ק	SADE ץ	SADE צ	PHE ף
		ALPHABETVM HEBRAICVM.	TAV ת	SIN ש

Interpretatio Hebraicarum litterarum Diui Ambroſii ſuper Pſalmum CXVIII.

1. Aleph. dicitur Doctrina.
2. Beth. interpretatur Confuſio.
3. Gimel. dicitur Retributio.
4. Dalet. ſignificat Timorem, ſeu natiuitatem.
5. He. denotat eſſe vel viuere.
6. Vau. Interpretatur vt ille, vel non eſt.

7. Zain

7. Zain. ſiue Saen ſignificat Duc te, vel huc.
8. Heth. dicitur Pauor.
9. Teth. interpretatio eſt Excluſio.
10, Ioth. ſignificatione confeſſio vel deſolatio dicitur.
11. Caph. ſignificat Curuati ſunt.
12. Caph. iterum ſiue ſecūdum idem ſignificare poteſt.
13. Lameth. ſiue Lamed. interpretatur Cor. vel ſeruo, quod eſt verbum.i.ſeruo, ſeruas.
14. Mem. ſignificat:ex intimis,vel ignis ex vltimis.
15. Mem. ſecundum.idem ſignificat.
16. Nun. Interpretatur vnicus.vel paſcua eorum.
17. Nun. ſecundum.vt ſuperior littera.
18. Samech. dicitur,Audi,ſiue firmamentum.
19. Ayn. Oculus ſeu fons interpretatur.
20. Pe. Interpretatur,erraui,ſiue os aperui.
21. Phe. Interpretatur forſan vt littera ſuperior.
22. Zadich. dicitur Conſolatio.
23. Zadich. ſiueZade,vt præcedens interpretatur.
24. Coph. ſiue Cuph.Interpretatur cōcluſio,vel Aſpice.
25. Res. Caput ſiue primatus dicitur.
26. Schin. ſeu ſin. Interpretatur ſuper vulnus.
27. Tau. errauit,ſiue conſumauit.

Interpretatur Hebraicarum litterarum Iuxta Domini Vgonis Cardinalis expoſitionem ſuper Cap. XXXI Prouerbiorum.

1. Aleph. interpretatur. Mille vel doctrina interpretationum.
2. Beth. interpretatur domus vel habitaculum.
3. Gimel. Interpretatur Retributio vel Plenitudo.

4. Daleth

4. Dalet. Interpretatur tabulæ vel tabulatum, aut Ianua.
5. He. Interpretatur Eſſe vel viuere, vel ſuſcipiens vel ſuſceptio.
6. Vau. Interpretatur Hęc vel ipſa, ſiue ipſe aut ille.
7. Zain. Interpretatur Duc te. vel huc, ſiue oliua, aut fornicatio; vel arma, ſecundum quendam,
8. Heth. Interpretatur vita vel pauor.
9. Teth. Interpretatur ſubter. vel infra ſiue bonum. aut excluſio.
10. Ioth. Interpretatur ſcientia vel dominatio.
11. Caph. Interpretatur Inclinatio; ſecundum alium vola ſeu palma manus.
12. Caph. iterum; interpretatur vt dictum eſt.
13. Lamed. Interpretatur Doctrina diſciplinæ.
14. Mem. Interpretatur viſcera.
15. Mem. iterum. interpretatur vt ſupra.
16. Nun. Interpretatur Piſcis vnicus aut ſempiternus:
17. Nun. Iterum; Interpretatur vt ante.
18. Samech. Interpretatur erectio ſiue ſubſtentatio.
19. Ayn. Interpretatur fons vel oculus.
20. Pe. Interpretatur. Eructatio vel ab ore.
21. Phe. Nihil ſignificat niſi forſan quod de Pë dictum eſt.
22. Zadih. vel Zade. Interpretatur venatio.
23. Zade. iterum vt ſupra Interpretatur.
24. Coph. ſiue Cuph. Interpretatur concluſio ſeu excluſio, vel ſecundum quemdam ſcimia.
25. Res. Interpretatur ſapientia.
26. Schin. ſiue ſin, Interpretatur ſuper vulnus.
27. Tau. Interpretatur ſignum.

Prædi=

PRædictis exemplis de diuersorum locorum atque figurarum vsu, & ad vtrorumque ad ea, quæ meminisse voluerimus applicatione ad nostræ artis pleniorem notitiam (vt in principio secundæ huius partis promiseramus) positis: ad finem vsque tractatulus iste noster peruenit. Ea autem exempla hoc in præsenti capitulo & alibi hac in secunda adduximus parte: quæ Concionatoribus deseruiant, cum præcipue istis adiumento esse desideremus. Philosophus: Iurista: Medicus: Procurator cæteriq́ ipsi sibi conuenientes figuras excogitent & confingant, atque suis in locis pro diuersis memorandis ordinent & disponant. Via etenim inueniendi locos atque figuras, & eas applicandi rebus illis, quarum recordari voluerimus, satis superq́ supradictis exemplis omnibus patefacta est. Si quis autem plus forte iusto in dandis exemplis processisse: & in applicandis locis atque figuris prolixius quam par erat nos extendisse sermonem incuset: meminerit omnium legentium desiderijs nos haud occurrere potuisse. Hanc enim artem vehementer cupientibus, & à nobis sæpe sæpius eam efflagitantibus: & quantocyus eamdem capessere, & ea vti posse desiderantibus, satisfacere in animo erat. Exemplis enim datis, quilibet legens, quas in communi dedimus regulas, celerius suo applicare proposito poterit. Quæ si à nobis apposita prolixius non fuissent, multo cum tædio, labore, exercitio, ac satis longo temporis interuallo, vix eam artem nostri lectores assequi potuissent. Vtilitati ergo legentium intendentes, hucusq́ tractatuli nostri artem protraximus. Hic autem sub

ipso

ipso præsentis operis fine constituti, vniuersos huius nostri operis admonemus lectores, vt si qua forte inuenerint à nobis scripta, quæ vel non illis satis vel etiam minime placeant: quod si non opus laboresq́ nostros considerare velint: saltem nimis auidum cunctis satisfaciendi animum considerent, & attendant: si qua autem hoc in opere legerint, quæ vel satis vtilia existiment vel delectabilia, vel aliquo modo sibi grata pernoscant: in Deum ipsum referant vniuersa, à quo bona cuncta procedunt: In cuius laudem præsens opusculum laboresq́ nostros & omnia tum interiora tum exteriora nostra, et nos etiam ipsos referimus, ac in posterum referre, ipso annuente, proponimus. Cui laus & honor in secula.

καὶ θεῷ δόξα.

Finis Tractatus de memoria artificiosa editi à R. P. F. Cosma Rossello Florentino Ordinis Prædicatorum.

Errata

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pagina 1. in Titulo, lege Auttore F. Cosma Rossello.
pag.7. a. lin.7. lege, notitiam.
pag.10.b. lin.pen.lege, clausus.
pag.11.a. lin.4. lege, perducantur.
pag.13.b. lin.4. lage, sculpat.
pag.15.b. lin.10. lege, 31500.
pag.ead. lin.11. lege, decemmillia.
pag.23.a. lin.17. lege, constare.
pag.24.b. lin.21. lege, moueant.
pag.30.b. lin.10. lege, infigurabilis.
pag.32.a. lin.17. lege, ad latus.
pag.ead. lin.18. lege, quæ reliquis.& lin.seq.lege, dominantur.
pag.34.a. lin.12. lege, manuducant.
pag.37.a. lin.8. lege, circundantes.
pag.42.a. lin.14. lege, contemplantur.
pag.43.a. lin.9. lege, gratiæ dei.
pag.44.b. lin.5. lege, tenentur.
pag.45.b. lin.1. lege, & demum.
pag.60.a. lin.5. lege, duximus.
pag.72.b. lin.21. lege, uariatum.
pag.68.post fig. Equi, & Aquilæ, locandæ sunt figuræ hominum; quæ, quia per errorem positæ sunt ad pag.100.& 101.idcirco ibi delineabis, & repones prout dixi.
pag.95. & 96. eæ duæ primæ figuræ sunt præpostero ordine positæ. quæ.n.est prior, debet esse posterior.
pag.111.a. lin.21. lege, partibus.
pag.112.a. lin.11. lege, suo loco.
pag.118.a. lin.25. lege, sparsis digitis.
pag.127.a. lin.vlt. lege, siue orificium.
pag.136.a. lin.16. lege, lætantium.
pag.ead.b. lin.6. lege, interius.



MEMORIA
ARTIFICIOSA

1579